ATECHESIS,
V INSTRVCTIO A RR. DD.
aminatoribus promulgata, & cunctis
l confessiones audiendas, atq; ad Sa-
ros Ordines, itéq; ad Ecclesias Pa-
rochiales, assumendis accommo-
data; vnà cũ additione à R. P.
ATRE IO. BAPTISTA FVGVEINO
Eremitano Theologo compilata:
Omnibus tum Clericis, tum
Laicis vtilissima: ab
LVSTRISSIMO, ET
EVERENDISSIMO
D. Cardinali, Placentino nuncu-
pato, Episcopoq; Placẽtiæ,
& Comite visa, & approbata.



PLACENTIAE
Franciscum Comitem. 1574.



CAPITA CONTENTA in hoc tractatu.

IN

IN ADDITIONE
FACTA PER
EOSDEM,
ſed collecta, & compilata per R. P.
FRATREM IO. BAPTISTAM
Eugubinum, Theologum
apud Illuſtriſsimum,
& Reuerendiſ-
ſimum
D. Cardinalem Placẽtinum, Itemq;
Lectorem in Eccleſia Cathe-
drali Placentiæ, ordi-
nis Eremitarum
D. Auguſti
ni.

HAEC CAPITA
CONTINENTVR.

 3 per

DE MODO AVDIEN di confeſsiones, & primò

48 Inter-

Supplenda

SVPPLENDA

Fol. 61 post. 9. adde sic in fine.
10. An sint nati ex legitimo Matrimonio, & de hac re fidem attulerint.
11. An intendant post hac recitare horas Canonicas B. virginis, sibi iniungēdas ab episcopo iuxta Synodi diœcesanę statutum.

Fol. 69. post. 15. adde sic in fine.
16. An intendant frequenter celebrare, & pręcipuè diebus festis, etiam si non habeant Beneficium, aut aliàs obligationem, iuxta ea, quę habentur in conc. Trid. sess. 23. cap. 14.

Fol. 366. adde in fine numeri, 150. hanc aliam excommunicationē Papalem hoc modo. Commissarij, aut delegati ad cognoscendum an rei ecclesiasticę alienatio cedat in Excōmunicatio.

euiden

euidentem vtilitatem ecclesię, qui, conscientię suę prodigi, in grauamen, aut detrimētum ecclesię, per gratiam, timorem, vel sordes, alienationi consenserint, aut decretū, vel authoritatem interposuerint, inferiores quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrant. &c. Is verò, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum ecclesiarum, alienationem fieri procurauerit, aut per Sordes, vel impulsionem, alienationis decretum extorserit, similem excommunicationis sententiam incurrit, & est absolutio papalis. & tenentur ad restitutionem, &c. Paul. 2. in Extrauag. Cum in omnibus.

Vide an huc spectet qđ habetur in Conc. Trid. sess. 22. c. 11.

Aurea

AVREA SENTENtia.B.Aug. Doct. Eccl.

VT autem in hoc libello, tã quàm in ſpeculo, poſsitis inſpicere,ne per obliuionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimana à vobis legatur, & vbi vos inueneritis ea, quę ſcripta ſunt, facientes, agite gratias bonorum omniũ largitori, vbi autem ſibi viderit aliquis veſtrum aliquid ſibi deeſſe,doleat de pręterito, caueat de futuro, orans vt ſibi debitum dimittatur,& in tentationem non inducatur.

AD RR. PP. CONFESsores vbiq; Terrarũ consistẽtes, & præcipuè in Diœcesi Placentina.





IVNT, & benè, pij Doctores, Quòd auditurus cõfeßionem, primum accedens cum timore oret cum Propheta, cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis (id est vt faciam non cupiditate allectus, aut aliqua mala intentione ductus, sed pro tua gloria, ò Deus omnipotens, & animarum salute) Ne proijcias me à facie tua (id est à lumine vultus tui, ne errẽ per ignorantiam) & spiritum sanctum

ctum tuũ ne auferas à me (per mittendo me cadere in tẽtationem, audiendo aliena peccata) Redde mihi lætitiam ſalutaris tui (id eſt poſt auditam confeſſionem non remaneant in mente mea immunditię, ſed deuotio &c.) vnde B. Aug. in Manuali cap. 30. ait. Quiſquis amas mundum tibi proſpice quò ſit eundum. Hæc via (ſcilicet cupiditatis) qua vadis, via peſsima, plenaque cladis. exclude omnia, pręter Deum, & quę valent ad quęrendum eum & cap. 26. inquit. Quid eſt cognitio veritatis? Primò cognoſcere teipſum; & quod debes, eſſe ſtudeas: Quod autem corrigendum eſt corrigas. &c. Deinde ſuſcepto pænitente alacriter, reſeruando increpationes in fine, cog ito eius ſtatu, confeſſor quęrat primò ab eo, an ſit excommunicatus, an

B. Aug. in Manu. c. 30. carmẽ Aug.

tus,an odium gerat in corde,an res alienas detineat, aut in aliquo alio malo ſtatu velit perſeuerare, putà in concubinatu, aut huiuſmodi,quę breuiter premitti poſſunt: & prudentia ipſa ſuggeret tunc abundè. valete in Domino.

DE SCIENTIA SACERDOTVM





VONIAM (vt vetus adagium eſt) & Sãcti Patris in ſuis monumẽtis ſcriptũ ſemper reliquerunt, ignorantia eſt cunctorum mater errorum; idcircò ſanctus propheta Oſeas cap. 4. vice omnipotentis Dei, auribus noſtris inſonat, & comminatur ſacerdotibus, ac pręſertim confeſſarijs, dicens Quoniã tu ſcientiam repuliſti; ecce ego repel-

In Conc. Tolet.

Oſee. 4.

repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. & habetur tranſumptiue in cap. niſi cũ pridem. De Renunc. Vbi ſubditur. Sciẽtiam circa ſpiritualium adminiſtrationem eſſe potiſsimum neceſſariam.

Cap. niſi cum. de Renun.

Et quanquam clauis iuriſdictionis, prȩter ordinis poteſtatem, in confeſsionibus prorsùs neceſſaria ſit, ac item integritas vitȩ requiratur, (aliàs, reatum peccati mortalis, ſecundũ Theologorum ſententiam incurreret Sacerdos, qui lethali crimine inuolutus quodcunque ſacramentorum adminiſtraret) Tamen, tum ratione ſui, tum ẽt ratione pȩnitentis, debita ſaltem ſcientia in eo neceſariò exigitur. Hoc autem, non ſolum à iure humano ac poſitiuo (prout in Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. x1. & ſequentibus eſt videre) emanat, ſed

Theolog. ſentẽtia.

Concil. Trid.

etiam

etiam à diuino proficiſcitur, vt volunt Theologi, & probat Abbas in cap. extirpandę. extra de Pręb. Not. 2. Quo etiam in loco ait, quod nulla peritia, & modica peritia ęquiparantur. Immò modica (inquit) aliquādò ducit in errorem, quia credit verum ſentire, quod tñ ignorat. At Nauarrus in ſuo Manuali cap. 4. probat, hoc eſſe, etiam de iure naturali. Pro quo facit carmen Perſij dicentis. Publica lex hominum naturaque cōtinet, hoc fas, Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus. Quod autem neceſſariò doctus eſſe debeat Confeſſarius, facilè colligi poteſt ex his quę dixit. B. Aug. & recitat Magiſter ſent. lib. 4. & habetur de pęnit. diſt. 6. dum ait. Qui uult cōfiteri peccata, vt inueniat gratiam, quęrat ſacerdotē, qui ſciat ligare & ſoluere. Idem habetur,

Abbas

Nauarrus

Carmen Persii.

B. Aug.

de pęnit.diſt.prima. Quem pęnitet.& in cap.Aliquando. § nõ ſunt,& in cap.cũ ſit ars artium, de ętat.& qualit. ord. Et ad hoc propoſitum extat ſententia Origenis ſuper pſalmum xv. ſic dicentis. Circunſpice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas cauſam languoris exponere. Qui ſciat infirmari cum infirmante, vt ita demum ſiquid ille dixerit, ſiquid conſilij dederit, facias, & ſequaris, & perito medici illius cõſilio totum ſibi procurandum erit. ſacra autem ſcriptura, timens ne ipſi pœnitentes confeſſarios ignaros eligant, ſic præcipit, Eccleſiaſtici capit. 4. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato.

Origenes

Notabilis ſẽtẽtia.


Eccleſ.4.

Arg.à minori ad maius.

Et quidem, cum videamus cor-

corporum medicos, quotidie libros euoluere medicinales, in quibus moritura corpora curari edocentur, crimen certè non leue erit sacerdotum, si assiduè libros sanctorũ medicinales animarum, inquibus animas in ęternum victuras sanare edocẽtur, percurrere neglexerint, Quandoquidem maius est vnius tantum animę damnum quã innumerabilium corporũ interitus. 24.q.3.si habes. 24.q.3.

QVANTA ſaltem debeat eſſe peritia ſacerdotis confeſſa rij.



SI autem queras, quanta ſaltem debeat præditus eſſe doctrina ſacerdos ad confeſsiones audiendas exponendus, ſanctus Thomas lib. 4. ſent. diſt. 17 ſub vltimis verbis hunc in modum rn̄det. Hęc ſcientia, & ſi nō ſit maior tamē tanta debet eſſe, vt ſciat diſtinguere inter peccatum & non peccatum, & peccatum mortale & veniale; & ſi in aliquo eſſet dubitatio, poſsit ad diſcretiores recurrere. Ponuntur

D. Tho. in 4. ſent.

tur autem multę aliè conditiones quęad confessorem requiruntur, vt confitentes alliciat, quæ his versibus continentur.

Confessor dulcis, affabilis, atq; suauis. Prudēs, discretus, mitis, pius atque benignus.	Hæc D. Tho. & elicitur ex c. Qui vult de peni. dist. 6. §. sacerdos.

Carmen

Igitur oportet sacerdotem prius legisse, ac relegisse, vt dubitare sciat.

Albertus Magnus super eād. dist. lib. 4. īquit, quod sacerdos, pręfata ignorans, audiendo confessiones, mortaliter peccat: & eum instituentes magis peccāt, quam ipse, & subdit. Quod permittentes talem sic institutum ministrare, etiam mortaliter peccant, si tamen sua prohibere intersit. Nec mirū quidē. Nam si

Albertus Magnus.

Nota bene.

Epiſcopi, ſubditos ſuos nõ cor ripiendo, dicuntur animas occi dere, vt apertiſsime habetur in cap. epheſis 43 diſt. multò certè magis occidere dicendi ſunt, ſi omni ſtudiò, cura, ac diligentia non vtantur, vt ad audientiam confeſsionum, ſacerdotes (& ſi nõ eminenter, ſaltem ſufficien ter) periti; ac docti exponantur. & concordat Martinus de frias inſignis Theologus: & D. Anton. 3. p. titu. 17. cap. 16. §. 1. Vnde Abbas in capit. preterea. De Vſur. inquit. epiſcopi peccant patiẽdo alios peccare. Nam (inquit) melius eſſet an te tẽpus occurrere, quam poſt cauſam vulneratam medicinam querere. l. fin. C. in quibus cau. in int. reſt. nõ ẽ neceſ. & hinc eſt.

diſt. 43. c. epheſis.

Quòd ſacrum cõcilium Tri dentinum ſeſſ. 23. cap. xv. oppo ſitum eius, quod olim in (Clement.

Concil. Trid. Clemẽt.

ment.cap. Dudum. de sepulturis.& in extrauaganti.Benedicti papę x i.quę incipit. Inter cunctas de priuilegijs) sãcitum fuerat,ordinauit. Cognouit.n.non aliter huic tanto malo, in tantã animarum perniciem redundanti, posse prouideri. Quo circa, non nisi cum graui conscientię sue discrimine quidam Episcopi in tali,ac tanto negotio, aliorum cõscientias solent onerare, cũ tñ interim re ipsa perspicere valeant, ac oculis ipsis intueri, qualis ac quantę sint peritie sacerdotes illi, qui sacris audiendis cõfessionibus sunt pręficiẽdi Benedic. Papa xi.

Debent ergo confessarij scire peccata ipsa discernere, & eorũ differẽtias, ac necessarias circunstantias minimè ignorare. Cognitio confess. necess.

Aliàs, cum ingenti animarũ suarum periculo audiunt confessiones vt ait Durandus in summa

ma ſua At,qui amat periculum, phibit ĩ illo,vt eccleſiaſtici; c.3. dicit ſcriptura, & aſſerit idẽ Durandus minorita (prout refert ac ſequitur ſanctus Anton.vt ſupra) quòd quoties confeſſor ſe ingerit ad confeſsiones audiendas, toties ſe offert ad reſpódendum de quolibet . & interdum de caſibus inopinatis,& aliàs inauditis ,& de queſtionibus perplexis valde:& ſubdit idem ſanctus Anton. quòd confeſſor ſcire debet an bella principum & ipſorũ exactiones, ſint licita, an non,& vtrum contractus , quos faciunt,ſint liciti , an non.& infrà,ſic ait. Vnde ſi confeſſor non eſt expertus in caſibus,ita quòd nec perſe ſcit iudicare , nec nouit dubitare, cum periculo animę ſuę audit cõfeſsiones . Quia ſi cõfeſſor iudicat licitum quod eſt illicitum,tàm ipſe, quàm pęnitens

Eccleſiaſtici 3.

nitens in foueam cadunt &c. ex quibus colligitur, minimè esse tutum, si quilibet vtcunque sacerdos ad confessiones audiendas admissus, quorumlibet hominum indifferenter audiat cõfessiones, nisi cuiuslibet status hominũ peccata discernere sciat Nauarrus in suo Manuali cap. 3. summ. 1. inquit, quòd, vltrà prędicta, debent sacerdotes pręfati, nosse, non solum casus excommunicationi subiectos, ac restitutioni obnoxios, aut saltẽ dubitare circa eos, sed etiam casus, inquibus suspensio, aut irregularitas incurratur, si tamẽ clericorum confessiones debeant audire. Et subdit: quòd quamuis confessori eminens scientia necessaria nõ sit, tamẽ sufficiens peritia est sibi necessaria; secundum Innoc. in cap. cum in cunctis de election. & Panor. in d. cap.

Nauarrus
Innoc.
Panorm.

Cap. oïs utr. de pęn. & rem.

cap. cũ pridem At verò in cap. omnis vtriuſque.de pęnitentijs, & rem.de confeſſario ſacerdote ſic dr̃. vt more periti medici ſuper in fundat vinum, & oleum, vulneribus ſauciati; diligenter inquirens,& peccatoris circunſtantias, & peccati,quibus prudenter intelligat, quale debeat ei prębere conſilium, & cuiuſmodi remediũ adhibere diuerſis experimentis vtendo ad ſaluandum ęgrotũ. & diſt.37.cap. ideo. habetur quod imperitia,ſacerdotibus sẽper debet eſſe aduerſa; & laborandum eſt ſacerdotibus,vt ignorantiã à ſe, quaſi peſtẽ abijciant. Et Beatus Aug. in lib. queſtionum aiebat. Illis ignoſci non poterit qui habentes à quo diſcerent, operam nõ dederunt & diſt.38.cap.ſi in laicis ſic dicitur ſi in laicis videtur intolerabilis inſcitia,quantò magis

Gratianus.

B. Aug.

gis,in his q̃ pręsunt, nec excusa tione est digna nec venia? & (ne decipiaris) nota,quòd nescit saltem dubitare ille, qui aliquandò dubitanda non legit, ac relegit, Quo circa is, qui nunquam tractatum excommunicationum,aut vsurarum aut huiusmoni legit, profectò iste nesciet vnquam dubitare, nec ipsũ hoc posse,presumi debet, nec rationabiliter cogitari pôt. Pro hoc facit de penit. dist.6.post mediũ Beatus Aug. qui loquens de sacerdote confessario aiebat. Diligens inquisitor, subtilis inuestigator, sapienter & quasi astutè interroget à peccatore,quę forsitan ignoret, aut pręuerecũdia velit occultare. Cognito crimine & varietate eius,non dubitet inuestigare & locum,& tempus &c. ex quibus verbis B.Aug.elicit sãctus Anton.vbi supra. cap. 17.§. Nota.

17 §.2. quòd non ſufficiat confeſſorem, ea quę ſibi dicuntur à confitente audire, ac de alijs ipſum interrogare, (niſi eſſet perſona bene in his perita & bona conſcientia ornata, quę ex ſe ipſa ſciat dicere ſicut oportet) ſed neceſſe eſt etiam ſubtiliter, & ſapienter, peccata, & peccatorum circunſtantias perſcrutari. Quod quidem, abſque ſaltem ſufficienti ſcientia, neutiquam. poteſt quis adimplere. Igitur legiſſe & relegiſſe caſus ipſos ſacerdotem oportet, vt deinde circa eos ſciat ſaltem dubitare, & cōcordat Caietanus in ſummula in ver. confeſſor ibi De ſcientia autē &c. & in ver. excomm. in principio Debent item Canones pęnitentiales ſanctorum Patrum confeſſores non ignorare. Aliàs minimè decet eos ad hoc munus promoueri.

Nota bene.

Vnde

Vnde distin. 38. cap. quę ipsis; dicitur, (& sunt verba Augustini) quòd inter necessaria ad sciendum sacerdotibus, sunt ipsi Canones pœnitentiales; quos si quis ignorauerit, vix sacerdotis nomen in eo constabit, quia valde periculosæ euangelicę minæ sunt, si cęcus cęco ducatum præstet, ambo in foueam cadũt & concordat, sanctus Anton. 3. par. titu. 17. cap. 21. §. 5. Quas quidem pęnitentias à canone taxatas licet nostra tẽpestate non debeat sacerdos semper imponere, regulariter tamen, eas debet Confessarius pęnitenti semper insinuare, prout testantur Doctores, & Nauarrus cap. 26. summario secũdo num. 9. quò ipse pęnitens grauitatem culpæ agnoscat, vt Diuus inquit Bonauentura. Oportet enim eas moderari consideratis circunstan-

Dist. 38

Nauarrus

D. Bonauent.

ctijs personarum, temporum, locorum, ætatum, qualitatum criminis, & id genus aliorum, vt ex cap. consideret, de penit. distin. 5. & 26. quæst. 7. cap. tempora & cap. de his, & quasi per totum, colligitur, & ex gloss. ibidem.

De peni. dist. 5. 26. q. 7.

Immò alias penitentias, quæ potius ad suum beneplacitum quàm secundum autoritatẽ sanctorum patrum, non pro qualitatem criminis confessarij impo nunt; falsas, temerarias, & dolosas, Doctores appellant; & habetur in cap. falsas, de penit. distin. 5. Quo tamen in loco, idcircò B. Grego. tales penitentias, falsas appellat, non quidẽ, quòd confesio facta, & absolutio deinde secuta, non fuerit rata & valida, sed quia deceptionis occasio ipsi penitenti, esse possunt. Vt videlicet putet, se

Dist. 5. B. Greg. Explanatio.

ad

ad ampliorem satisfactionem in alia vita, præter illam sibi impositam non teneri: prout optimè Nauarr. in suo Manuali capit. 26. summ. 2. declarat; ac etiam, quia faciliùs reincidunt ipsi peccatores in eadem crimina; quòd quidem, confessarij, ne id accidat, magnopere aduertere debent. Quandoquidem non sine causa à Theologis ita satisfactio diffinita est; nempè, quòd sit peccatorum causas excindere, & earum suggestionibus aditum non indulgere. Nauarrus Diff. satisf.

In cap. nulli 38. distin. dicitur, Nulli Presbytero liceat aliquid facere quod possit patrum regulis obuiare. Et hinc est, quod Concilium Tridentinum Sess. 14. cap. 9. de operibus satisfactorijs loquens, inquit, satisfactiones fore quidem confessoris arbitrio imponendas, sed Dist. 38. conciliū Tridēti.

tamen pro mensura delicti &c. Quæ quidem mensura non nisi ex Patrum regulis, & antiquis Canonibus pęnitentialibus elici potest. Quapropter insignis
Abulēsis ille Theologus Abulensis super Matth. cap. 18. quæst. 49. circa finem, col. 3. asserit; confessorē peccare, si ad libitum suum, absq; alia consideratione, pęnitentias imponat, & pro hoc facit ca
23. q. 4. si is. pit. si is 23. quæst. 4. vbi sic dicitur, ea verò quæ in Deum cōmissa sunt, cum magna discretione, nec sine pęnitentia possumus relaxare. Ad idem facit
Cōc. colon. Concilium Coloniense in tractatu de satisfactione §. exprędictis, & Adrianus Papa in 4.
Adrianus Papa. sent. vbi agit de clauibus, q. 2. col. 6. sic inquit. Non debet sacerdos nisi magna cum discretione, & penitentia parcere peccatoribus offensas in Deum cōmis-

missas,& Maior. in 4. senten. di
sti.20.col.6.idem sentit. Diuus autem Tho. lib. 4. sent. distin. 18.q.1.art.vlt.q.vlti.post multa preclarè dicta, subdit hunc in modum. Et quia pęnę satisfactoriæ infligendæ, vt medicinæ sunt. Sicut medicinæ in arte determinatę non omnibus competunt,sed variandæ sunt secundũ arbitrium medici nõ propriam voluntatem sequentis,sed medicinæ scientiam, ita pęnę satisfactoriæ in canone determinatæ non competunt omnibus, sed variandæ sunt secundum arbitrium sacerdotis, diuino instinctu regulatum. Quia (vt ipse superius ibidem dicit) Sacerdos operatur in vsu clauium,sicut instrumentum, & minister Dei. Nullum autem instrumẽtum habet efficacem actum,nisi secundũ quòd mouetur à prin-

Maior.4. sent.D. Thom.

 cipali

Dionys. cipali agente. Et ideò dicit Dionysius in fine ecclesi. hierarch. quòd sacerdotibus vtendum est virtutibus hierarchicis, quando diuinitas eos mouerit. In cu-
Matt. 16 ius signum Matth. 16. ante potestatem clauium Petro traditã fit mentio de reuelatione ei fa-
Io. 20. cta diuinitatis & Io. 20. pręmittitur. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata &c. Hec D. Tho. vbi supra.

CANONES PENItentiales quos antiqui Patres ad vnguem obseruabant qui (vt aiunt sacri Doctores) à prudente confessore semper sunt inspiciendi, quamuis nõ semper imitandi & prout iacent sectandi, semper tamen penitentibus insinuandi, vt 26. quæstio. 7. & lib. 4. sent. à Theologis habetur, hi sunt.

1. Sacer

1 Sacerdos, qui fornicationem admiserit, pœnitentiam agat decem annis c. Præsbyter dist.82. quo in cap. præscribitur pœnitentiæ modus.
2 Qui, sponsam alienā de præsenti, accipit, in pœnitentia sit septē annis, & quadraginta diebus in pane, & aqua capit. 2.de sponsa duorum.
3 Monialis, quæ fornicatur, matrimoniumuè contrahit, qui itē eam cognoscit, contrahituè cū ea, pœnitens sit decem annis c. Deuotam 27.q.1.
4 Qui sacerdos Missam canit neque communicat.per annum pœnitentiam agat, nec vero interea celebret c. Relatum de cō secr. dist.2.
5 Sacerdos, qui pallijs Altaris mortuum inuoluit, pęnitens sit decem annis, & quinque mensibus: diaconus autem annis tri-

bus,& ſex menſibus cap.Nemo de conſecr.diſt. 1.

6 Qui ſcienter contraxerit,coieritue cum duabus ſororibus, aut cum matribus, aut ſorore, cum matre & filia, quæuè coierit vna cũ patre & filio, vel duobus fratribus, pœnitentia ei conſtituitur octo annis cap. ſi pater 30.quæſt.4.cap.vlt.32.q.7. c.ſi quis viduam.

7 Qui ignorãter duas ſorores, vel matrem, & filiam, vel amitam & neptem cognoſcit, quarum vna ignorat factũ alterius, vterque pœnitens ſit ſeptem annis. Si vero ſcienter,perpetuo careat coniugio c.vlt.33.q. vlt. c.ſi quis cum matre 35.q.3.

8 Mulieri,quæ partum ſupponit,quæuè de alio viro concipit, pœnitentię,& ſatisfactionis modus præſcribitur arbitratu prudentis ſacerdotis cap. Officij de pœni.

pœni.& remiſs.

9 Sacrilegus chriſma, calicemuè ſacrum polluens, pœnitens ſit ſeptem annis, & in ſingulas hebdomadas tribus diebus ieiunus ſit à carne & vino c. De viro 12.q.2.quo in c.alia quędam conſtituuntur homini ita peccanti.

10 Cœlans ſe cognouiſſe mulierem, quæ contrahit cum fratre eius, pœnitens ſit ſeptem annis cap. Si homo fornicatus 35. quæſt.3.

11 Solemniter pœnitens, ſi poſtea ad vomitum redierit, pœnitentiam agat decem annis cap. ſi quis vero de pœnit.diſt.5.

12 Parentes, filiorum ſponſalia dirimentes, & filij ſi conſenſerint ac poſt rurſus diſsēſerint, communione priuantur annis tribus c.Vnico 31.q.3.

13 Qui contraxerit cum ea,

quam adulterauit, pœnitens sit quinque annis c. Si qua 31.q.1.
14 Cognoscens vxorem adulteratam, ante pœnitentiam peractam, pœnitens sit annis duobus c. Si quis 32.q.1.
15 Sacerdos, qui interest clandestinis desponsationibus, per triennium ab officij sui administratione amouetur c. vlt. de clā. des. desponsationibus.
16 Latro si vult confiteri, cōfiteturuè, in cęmęterio sepelietur, oratur pro eo, & datur ei Corpus Christi c. vlt. 13.q. vlt.
17 Qui clericus præstandis horarum Canonicarum officijs à Metropolitanæ Ecclesiæ more, & ritu discrepat, idq; præ contemptu facit, per sex menses cō munione priuatur c. de his distin. 12.
18 Qui dominum, vxoremuè interfecerit, nunquam equitet, non

non vehiculo vehetur, non matrimonium contrahet, decem ipsos annos carne non vescetur, vinum non bibet c. Admonere, & c. quicunq; 33. q. 2. quibus in locis alia quædam id delicti admittentibus præscribuntur.

19 Qui matrem interfecerit, decem annis pęnitentiam agat, armis depositis capit. Latorem 32. q. 2.

20 Qui simplex votum violarit, trium annorum pœnitentia ei constituitur c. si vir dist. 27.

21 Qui blasphemiam in Deũ, & B. Virginem, & sanctos publice coniecerit, pœnitentiam agit septem annis ex formula, quæ præscripta est à Gregorio Nono c. vlt. de maledicis.

22 Vnicuique peccatum mortale cõmittenti, nisi delicti grauitas seueriorem ac longioris tẽporis pœnitentiam postulet, pę

nitentia constituitur septem annorum c. Hoc ipsum 33. q. 2.

23 Qui ecclesiam incenderit, eam restituat, precium det pauperibus, & pœnitens sit quindecim annis c. si quis 17. q. 4.

24 Qui domum, areamuè combusserit, pœnitentiam agat annis tribus c. si quis domm. de iniur. & dam. dat.

25 Sacerdos excommunicatus si celebrat, tribus annis pœnités sit, hebdomadisq; singulis feria secunda, quarta, & sexta, à vino, & carnibus ieiunet cap. De illis 11. q. 3.

26 Sacerdos sacerdotij sui gradu, ordineq; in perpetuum amotus, quem degradatum dicunt, si celebrare audet, priuatur cōmunione Corporis & sanguinis Iesu Christi vsque ad vltimum diem, & in excommunicatione est, viaticum tantum in fine sumens

mens c. Accedens dist. 50.

27 Episcopus dissimulans corrigere venditionem ministeriorum, duobus mensibus, sacerdos hoc agens, quatuor, diaconus, tribus: subdiaconus, & alij inferiores, debita excommunica tione afficiuntur sui iudicis arbitrio, cap. quidquid inuisibilis 1. quęst. 1.

28 Iniuste excõmunicanti per mensem vnum, ingressu Ecclesiæ interdicitur c. Sacro de sent. excommunic.

29 Sacerdos si fornicatus est cum filia spirituali, aut cum ea, quæ illi confessa fuerit sua peccata, pœnitens sit duodecim annis, & in Monasterio Deo seruiat omnibus diebus vitæ suæ: Si Episcopus hoc admiserit, pœnitentiam agat annis quindecim: mulier autem in Monasterium trudatur, vbi perpetuo viuat

nat c. si quis sacerdos, & c. Non debet 30. q. 1.

30 Scienter rebaptizatus, si propter hæresim hoc sceleris admittit, pęnitentia afficiatur septem annorum, quarta & sexta feria ieiunans, & tribus item quadragesimis pane & aqua. Si vero pro munditia hoc facere putarit; eum pœniteat tribus annis. Quòd si ignoranter, non peccat, sed ideo non promouēdus, licet sit excellens c. Qui his de consec. dist. 4. c. 2. de apostatis.

31 Si Episcopus, præsbyter, diaconus, suè sponte est rebaptizatus, quamdiu viuit, pęnitens sit. Alij vero clerici, & monachi, & moniales, ab hæreticis volentes rebaptizari, pœnitentiam agant duodecim annis c. eos quoque de consecr. dist. 4. quo in loco ijs pęnitentiæ modus præscribitur.

32 Qui coactus falsum testi-

monium

monium dicit, nec mors sequitur, in pœnitentia sit duobus an nis, si sponte, annis quinque c. 1. de fal.

33 Qui filium suum opprimit, annis tribus, & vno in pane, & aqua pęnitens sit apud Iuonem par. 9. c. 104.

34 Adultero, fornicatoriuè pęnitentia constituitur septem an norum c. prędicandum 22. q. 1.

35 Qui iniuste quempiam accusat ad mortem, quadraginta dies pane & aqua continenter ieiunabit, & per septem annos pœnitentiam aget, non aqua ta men & pane, sed arbitrio sacerdotis. Si vero ob eam accusationem, quis membrum perdiderit, accusator ieiunabit quadragesimis tribus pane & aqua 22. q. 5. c. 1.

36 Sortilegus quadraginta dies in pœnitentia sit c. 1. de sortilegijs.

tilegijs.

37 Respiciens furta in Astrolabio, annis duobus cap. 2. de sortileg.

38 Qui ædes magicis cantionibus lustrat, aliudue tale admittit, & qui ei consentit & consulit, pœnitens sit annis quinque c. qui diuinationes 26. q. 5.

39 Patronus, qui res Ecclesiæ absumit, per annum excommunicatur c. Filijs 16. q. 7.

40 Qui iurat se ad pacem non redire, per annum pœnitens sit c. qui sacramento 22. q. 4.

41 Incendiario hæc pœnitentia dabatur, vt Hierosolymis, aut in Hispania per annum in Dei seruitio permaneret. Qui hanc pœnitentiam remitteret, per annum item ab sui muneris administratione amouebatur c. pessimam 23. q. vlt.

42 Qui filiam, sororemue spiritua-

ritualem in matrimonium ducit, qui item consentit, pęnitens sit septem annis cap. non oportet 30. q. 3.

43 Si gutta sanguinis Christi in terram cadit, sacerdos in pœnitentia sit, quinquaginta diebus, si super Altare, & ad pannũ vnum transit, diebus duobus: Si vsque ad pãnos duos, diebus quatuor, si vsque ad tres, diebus nouem, si vsque ad quatuor, viginti diebus c. si per negligentiam de consecr. dist. 2. quo in loco alia, adhoc pœnitentiæ genus pertinentia, traduntur.

44 Si incaute dimisit, quamuis nil nefandi acciderit, tribus mẽsibus à sui muneris administratione amouetur c. 1. de custod. eucharistiæ.

45 Episcopus, qui cædem fecerit, in pœnitentia sit quindecim annis, deponatur, perpetuo pe-

regri

regrinetur: Præsbyter annis duodecim, quorum tres ieiunet pane & aqua, & deponatur, Diaconus annis decem, & tribus in pane, & aqua c. si quis homicidium distin. 50.

46 Qui homicidiũ fecerit, pœnitens sit duobus annis de his clericis dist. 50.

47 Qui casu cœdem facit, constituitur ei pęnitentiæ quinque annorum c. eos qui dist. 50.

48 Qui vero sponte, septem annis pœnitens sit c. Maior distin. ead.

49 Qui clericum, monachumuè, diaconum, subdiaconumuè occiderit, perpetuo in Monasterium detrudetur, & publicam pęnitentiam aget septem annis c. qui occiderit 17.q.4.

50 Qui præsbyterum, duodecim annis cap. 2. de pœniten. & remiss.

51 Qui

51 Qui coierit cōtra naturam, aut cum brutis, qui item incestum fecerit, pœnitens sit amplius quàm septem annos, quia clericus deponitur, laicus excommunicatur 32.q.2.cap.hoc ipsum & c. clerici de excel.prælato.

52 Qui matrimonium contraxerit contra interdictum Ecclesiæ, per mensem pœnitens sit, aut arbitratu confessoris c. 1. de matr.contra interdict.Eccl.

53 Confessor qui pœnitentis peccatum patefacit,in Monasterium detruditur ad agendam pœnitētiam c. omnis de pœnit. & remiss.

54 Qui per ebrietatem eucharistiam euomit,si laicus est,quadraginta diebus,si clericus, sexaginta, si Episcopus, nonaginta diebus, si infirmus pęnitentiam agat diebus septem c.si quis per ebrie-

ebrietatem de consecr.distin. 2.
55 Qui periurium sciens admiserit, quadraginta dies in pane,& aqua, & septem sequentes annos pœnitens sit: & nunquã sit sine pęnitentia, interiori scilicet,c.quicunque 6.q.1.
56 Qui coactus periurat, si liber est,quadraginta dies,& septem sequentes annos, si seruus, tres quadragesimas,& legitimas ferias pœnitens sit c. Qui compulsus 22.q.5.
57 Qui compellit alium, vt falsum iuret: quadraginta dies in pane, & aqua, & septem annos in pœnitentia sit c.si quis conuictus. 22.q.5.
58 Qui peierat in manu Episcopi,in Cruceuè consecrata, tribus annis: si vero in Cruce nõ consecrata, per annum in pœnitentia sit. Qui ignoranter, & coactus, tres quadragesimas capit.2.

pīt.2.22.q.5.
59 Qui vero necessitate aliqua impulsus, periurium committit, tribus quadragesimis sit in pœnitentia q.ead.cap. si quis coactus.
60 Qui mensuras adulterat, triginta diebus pane, & aqua ieiunet c.1.de empt.& vendit.
61 Qui inscienter hæretico cō munionem dat, vel accipit ab eo, per annum pœnitens sit, si vero scienter, annis quinque: quòd si nesciens permittat eum in Ecclesia celebrare, diebus quadraginta, si vero id fecit reuerentiæ causa, annum vnum, sinautem ad euertēdam fidem, annos decem, sin hæreticus, annos duodecim cap. si quis dederit 24.q.1.
62 Qui rapuerit, futurasuè sit, alteri quadruplum reddet, Ecclesiæ duplum, & septem annis
pœni

pœnitens erit pane, & aqua c. si quis furtum 17.q.1.

63 Clerico furi, annorum septem, laico, quinque annorum pęnitentia constituitur, sinautem vilis est res, pane, & aqua per annum pęnitentiam agat c. si quis clericus 17.q.4.

64 Qui in Episcopum, presbyterumuè manum inijcit, & Ecclesiam vastat, impugnatuè, in Monasterium conclusus perpetuo pœnitens sit c. quisquis per dolum.

NOTANDA
CIRCA PRAEDICTOS Canones Pęnitentiales.

1 Confessarius ad prędictas Regulas inspiciendo, tanquàm studiosus indagator, poterit procedere ad pœnitentias pro diuersis criminibus, secundum

cundum Canones imponēdas, & ex causa consideratis circunstantijs, (vt dictum est suprà,) moderari poterit eas; Et licèt ab ipso omnes circunstātiæ sint diligenter attendendæ: principaliter tamen qualitates personæ,& præcipuè, vtrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo seruitutis. Nam circa tales personas cauere debet,pro posse,presbyter,ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis,quibus sunt astrictæ, præiuditium fiat,maximè circà coniugatos; Vnde si seruus sit, & timore peccauerit,obediens domino suo, in atrocioribus est mitius puniendus.xxij.q. v. Qui compulsus,obedire tamen non tenebatur in talibus xj.q.3. Si dominus. Si autem voluntariè peccauerit,corpore punietur etiam acrius,quàm alius xxiij.q.1.Qui

contra

contra pacem. Nec eſt ſeruo iniungenda peregrinatio, per quam dominus eius, qui nõ eſt in culpa, illius ſeruitio defraudetur, Extra, de ſent. excom. Relatum. Si verò liber ſit, tota pœnitentia Canonis, ſi poteſt facere, debet imponi. Sed ex cauſa poterit eam presbiter moderari.

2 Conſiderandum etiam erit, vtrum ſit perſona noua in fide, quia nouis in fide minor debet etiam pęnitentia imponi, extra, de pœn. & Rem. Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circunſtantiæ: de quibus ad præſens ſuperſedetur, gratia breuitatis.

3 Sciendum autem eſt quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ ij. iiij. vj. diſtin. lxxxj. presbyter, de conſe. diſt. iij. Ieiunia, aliqui tamen, vt dicit Ro.

Legitimæ feriæ.

pro.

pro ſecunda feria ponunt Sabbatum.

4 Inſuper notandum eſt, quòd ſi pœnitentia in pane, & aqua imponatur non habēti panem, poteſt loco panis leguminibus, & piſciculis veſci: & etiā alijs, ſi neceſsitas illud requirat. extra de pœn. & Rem. licet. in tex. & gloſ. aliàs non licet.

5 Nota etiam ſecundum Ioan. ſi pœnitentia ſit impoſita à Canone, liberatut quis à ieiunio, dando denarium (quod eſt decima pars Aurei) vel legendo pſalterium propria auctoritate. Inno. verò dicit quòd ieiunia neceſſaria, vt quattuor temporū, & huiuſmodi: non poſſunt redimi, niſi ſubſit rationabilis cauſa, voluntaria verò redimi poſſunt, et iam ſine auctoritate ſuperioris.

6 Ad hoc etiam nota, quòd vbi

imponitur pœnitentia aliquot annorum, siue quadragesimarũ: nec additur quomodo quisquam debet pœnitere: hoc relinquitur arbitrio presbyteri: cũ pœnitentiæ sint arbitrariæ (vt dictũ est supra) ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam secundum Canones, l. dist. de his clericis: extra de Homici. c. 2. & in multis alijs iuribus, & sic intelligitur illud, extra, de accu. accusasti, & de sponsa: Dilectus, & similia.

7 Cum in his nonnulla minus clarè tradi videantur, animaduertendum est, vbi certum tempus à Canone præscribitur, vt potè trium, septem, pauciorũue, seu plurium annorum, nullo certo pœnitentię modo, vel genere explicato, id confessarij arbitrio relictum esse, vt is, perspe-

cta

ℭa pœnitentis qualitate,ac diſpoſitione, pœnitentiam ipſam prudentia,ſciētia,iuſtitia, ac bonitate aggrauet,aut moderetur. Satisfaℭio autem legitimarum feriarum, ſecundæ, Quartæ, & ſextæ feriæ intelligenda eſt, (vt ſuperius diℭum eſt.) Ieiunia verò trium quadrageſimarum ea ſignificantur, quæ antè natale Domini, & quæ ante Paſcha reſurreℭionis, & quæ per dies 13. ante feſtum ſanℭi Ioannis Baptiſtę olim celebrabantur. reliqua verò, quia per ſe ſatis aperta ſunt,omittuntur.

Quæ & quot olī eſsēt quadrageſime penitentiū.

8 Scito hunc rigorem patrum in caſtigandis ſubditorum deliℭis, ac item feruorem, & obedientiam eorum, qui peccatorū cicatrices condigna pœnitentia ſanauerunt, & præfatos Canones pęnitentiales ad vnguem obſeruarunt, vſq; ad Innocen-

tempore Aug. & Cyp. vigebāt iſti Canon.

tium primum perduraſſe: Poſtea verò paulatim à ſeptingentis annis cęperunt languere, & quantum Canones pœnitentiales decreuerunt, tantum Indulgentiæ Pontificiæ,& Epiſcoporum creuerunt, quo circa tales relaxationes Indulgentiæ dictæ sũt,vt Ioãnes Echius teſtatur in tractatu de pęnitẽtia,& cõfeſsione,& ſatisfactione c.5. circa fin.

CAPITA QVAEDAM PRAECIPVA, quę quilibet ſacerdos

ad confeſsiones audiendas exponendus noſſe debet;& de quibus vnusquisque ſe interrogandum fore nouerit, hæc ſunt. Quæ etiam deſeruient pro his, qui aſſumendi erunt ad Eccleſias Parochiales,vltra ea quę notantur inferius.

1 Quæ,

1 QVAE, & quot ſunt confeſſoris partes, & quãta ſaltem debeat neceſſario eſſe eius ſcientia. Qua item forma vti debeat in abſoluendo. Quot item & quales libros habeat pro hoc obeundo munere, & an habeat Bullam in Cœna Domini, atque caſus Epiſcopales reſeruatos, & an le gerit edicta Sanctiſsime Inquiſitionis, quæ ſolent quotannis publicari cum reſeruatione caſuum.

2 Qui, & quot ſunt, in genere, caſus papales in Cęna Domiui; & alibi In iure, & quomodo inter ſe differant; Enumerentur ſaltem craſsiori modo, aut ſecũdum partem. An ſacerdos poſſit in aliquo caſu abſoluere à caſibus etiam Papæ reſeruatis, & quem ritum ſeruabit ſi contingat quempiam abſolui ab excõ

municatione, quacũque, & presertim ab illa quæ continetur in Bulla Cenę Domini, in articulo mortis aut aliàs exconcesione.
3 Quid sit Pęnitentia, & quotuplex. Quid sit contritio, con fessio satisfactio, & eius partes. Quam satisfactionem imponet pro grauioribus quibusdam cri minibus. An legerit aliquando canones pęnitentiales. An aliquis debeat, aut possit eadē pec cata pluries vtiliter confiteri, & an quispiam teneatur aliquandò pluries in anno confiteri. Quibus casibus sit confessio ite randa, & quæ sint eius conditio nes, ac circunstantiæ, & an quælibet circunstantia sit necessariò confitenda, & itē numerus peccatorum, an sit necessariò confi tendus, & quomodo quis teneatur peccata cordis cum circunstantijs eorum confiteri, ac tandem,

dem, quomodo præcedens aliàs confessum peccatum teneatur quis confiteri, si reincidat in idem, & alteri sacerdoti confiteatur.

4 Quid sit peccatum, & quotuplex. Quot sint peccata capitalia in genere, & quot eorum rami, seu filiæ. Quot sint peccata in spiritum sanctum, & peccata clamantia vindictam in cęlum, & quomodo discernatur lepra à lepra, idest peccatum mortale à veniali. Quales demum sint interrogationes faciēdæ circa præcepta Decalogi.

5 Quot sint casus restitutioni obnoxij. Quid sit vsura, & quomodo differant vsura & interesse, & an legerit casus vsurarum, & an vsurarij mentales teneantur restituere. An non recitantes horas canonicas, etiam si fuerint pensionarij tantùm, item non

residentes in suo Benefitio curato, insuper non interessentes horis canonicis, & percipiẽtes quotidianas distributiones, vel interessentes quidem, sed non psallentes, in Choro, & habentes beneficia simoniacè, ac exactores Datiorum seu pędagiorum prohibitorum teneantur ad restitutionem, & quomodo, & quibus, & an defendentes scienter vsurarios in iudicio teneantur ipsi ad restitutionem parti læse, nisi dicti vsurarij restituerint.

Datia Pedagia

6 Quid sit excommunicatio, & quotuplex. Quæ prohibeantur excommunicatis, & quibus casibus liceat participare cnm eis. An omnes excommunicati sint euitandi. Et tandem poterunt superficietenus saltem interrogari de impedimentis, Matrimonij impedientibus, & dirimentibus, & de impedientibus tantum;

tum; & quis dispenset in illis. Postremò interrogetur aliquid de sigillo confessionis, & de modo petendæ autoritatis ab Episcopo super aliquo casu reseruato.

PERITIORES Confessarij poterunt adhuc super sequentibus interrogari si expedire, visum fuerit.

1 AN pœnitentia remittat omnem culpam,& penam, & an pœnitens de attrito fiat contritus virtute clauium. An si dicat sacerdos absoluo te ab omnibus peccatis tuis confessis, contritis, & oblitis bene faciat, & an sacerdos absoluat ab oblitis. An absolutio, data ab Episcopo super peccatis reser-

uatis tantum, ſit ſacramentalis, & item ſit dicenda confeſsio integra, & an abſolutio dari poſsit cum conditione.

2 An in articulo mortis ille, qui nullo modo poteſt confiteri, poſsit abſolui à peccatis; ſi tamen oſtendat ſigna cõtritionis, & an ſine confeſsione ſacramentali poſsit quis vnquam ſaluari, & quid ſeruandum ſit cum infirmus non confeſſus nō poteſt loqui, & tamen retinet auditum.

3 Quot ſint cenſure Eccleſiaſticæ, & quibus caſibus incurrãtur, & an irregularitas ſit cenſura, et quibus caſibus incurratur, et an recipiens ſacros ordines ante legitimam ætatem, aut ſine dimiſſorijs, et miniſtrans ſacro altari ſit irregularis, ac proinde indigeat diſpenſatione.

4 Quare, et quomodo aliquod pecca-

peccatum dicatur irremissibile, & an sacerdos absoluẽdo remittat culpã, & quomodo, & quid operetur ipsa absolutio in pœnitente iam contritò, & qualis ac quãtus debeat esse dolor pro habenda contritione; An peccata semel dimissa à Deo, redeant propter ingratitudinem, & an vnum peccatum sine alio remitti possit.

PRO INITIANDIS PRIMA TONSVRA

Interrogatorium.

1 AN sint confirmati, & qui fuerunt eorum Patrini. Cõciliũ Trid. Sess. 23. ca. 4. & 6.

2 An sciant orationem dominicam, salutationem Angelicam symbolum Apostolorum, Precepta Dei, & Ecclesiæ, & salue Regina.

3 An sciant alia rudimenta fidei, & an accedant singulis diebus festis ad doctrinam Christianam.

4 An sciant legere, & scribere, & comprobentur de hac re.

5 An intendant fieri Clerici, & perseuerare, & quare.

6 Quotum annum agant.

7 Cui Ecclesiæ sint ascriben... ad inseruiendum, & an decreu... rint deferre habitum, & tonsuram.

PRO ASSVMENDIS ad ordines miuores. Interrogatoriũ.

Conc. li. Trid. sess. 23. ca. 5. & 6. & 11.

1 VLTRA aliqua expręsdictis, interrogentur. an habeant in scriptis testimonium bonæ vitæ suæ à Parocho, & à Magistro scholæ.

2 An habeant Cottam, & ve-

stem

ſtem clericalem, & tonſuram.
3 An cōfiteantur ſaltem ſemel in menſe,& vbi.
4 An diſcant, aut doceant doctrinam Chriſtianam diebus feſtis in Eccleſia.
5 An intelligant latine; & fiat experimentum de hac re.
6 Cui Eccleſiæ ad inſeruiendū ſint aſcripti.
7 An de hac re teſtimonium in ſcriptis habeant, videlicet quod inſeruierint.
8 Quotum annum agant.
9 Quot ſint ordines minores, & quale ſit vniuſcuiusq. eorum munus,nempè oſtiarij, lectoris, exorciſtæ,& Accolythi.

PRO

 Interrogatorium
PRO ASSVMENDIS ad subdiaconatus,& diaconatus ordines. Interrogatoriũ.

Concili. Trid.sess. 23.c. 12. 13.16 & 17.

1 VLTRA aliqua ex ijs, quæ hic superius proponuntur interrogari debent.

2 Ad quem titulum cupiát promoueri,& constare faciant Episcopo,aut deputatis quęcunq. responderint, ita vt sine vlla fraude, quicquid super hac re à Synodo Dięcesana sancitum fuerit plenarie obseruetur.

3 An sint illegitimi, aut aliàs irregulares, et inhabiles quomodocunq.

4 Quotum annum agãt, & de hac re fidem authenticam deferant, & ostendant, & quandiu sit cum alium ordinem susceperint.

5 An habeant literas testimoniales

niales de vita,& moribus, & de confeſsione ſaltem ſemel in mẽſe, & de perceptione Euchariſtiæ, & de ſeruitio præſtito Eccleſiæ cui ſunt aſcripti, & quòd inceſſerint in tonſura, & habitu clericali, & an habeãt ſuper pellicium iuxta ordinationes editas,& de reuerentia exhibita ſacerdotibus.

6 An ſperẽt Deo autore ſe poſſe perpetuam continentiam ſeruare,& an intẽdant hoc vouere.

7. Proponatur eis aliqua collecta Miſſalis declaranda, & poſtea aliqua Epiſtola,aut prophetia, aut Euangelium, aut huiuſmodi.

8 Quot ſint ſacramenta Eccleſiæ, & quomodo inter ſe differant,& quot ſint ex eis reiterabilia,& quid ſit ordo, & quot ſint ordines, & quomodo diſtinguãtur inter ſe, & an ſint vnum ſa-

cramen-

cramentum.

9 Quale sit proprium munus subdiaconorum, pariterq. Diaconorum.

10 Vbi, et quando fuerit institutum sacramentum ordinis, et an conferat gratiam.

11 Quæ sit materia singulorũ ordinum, an quilibet ordo imprimat characterem, et quid sit iste character.

12 Quos libros spirituales legendos habeant, aut huiusmodi, et quales debeant esse partes clericorum, et an didicerint per se ipsos recitare horas canonicas.

13 An didicerint per se ipsos confiteri peccata sua, & an doceant doctrinam Christianam pueros in Ecclesijs, quibus ipsi inseruiunt, aut alibi.

14 An ordinati in sacris antè legitimam ætatem sint ipso iure

suspensi,

ſuſpenſi, & miniſtrantes in eis ſint irregulares.

PRO ORDINANDIS
ad Sacerdotium Interrogatorium hoc erit,
quod quidem
deſeruire
debet,

etiam pro his, qui erunt promouendi ad Eccleſias Parochiales, vltrà alia quæ notabuntur inferiùs, niſi aliqua ex his illic contineantur.

1 QVOT ſint Sacramenta Eccleſiæ, & à quo fuerint inſtituta, & quæ ſit differentia inter ſacramenta veteris teſtamenti,& Nouæ legis.

2 Quæ ſint de eſſentia cuiuslibet ſacramenti, declarando ſingula, & qui ſint effectus cuiuslibet

libet Sacramenti,aut ſaltem eorum, quæ conſueuerunt miniſtrari per Curatos.

3 Quis ſit effectus ſacramenti Baptiſmi, & quæ etiam eius forma, & materia ſic de Euchariſtia, ſic de Pœnitentia: ſic de extrema vnctione, & quibus dari poſsit, & an ſit ſacramentum neceſsitatis.

4 Quæ ſint ſacramenta reiterabilia,& quæ non,& quare, & an omnia ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, & quæ ſint diffinitiones ſacramentorum.

5 Quæ,& qualis pœnitentia eſſet regulariter imponenda peccatis,& item quo ordine fieri debeant interrogationes in Confeſsione.

6 Qua ætate pueri admittendi ſint ad ſacram communionem; & qui ſint, qui carere debeant Eccleſiaſtica ſepultura.

7 Interrogentur de præceptis Decalogi, & ex eis, quæ ſint, quæ ordinant homines ad Deũ, & quæ ad inuicem.

8 Quæ Differentia ſit inter affirmatiua, & negatiua, & quæ ſint præcepta Eccleſiæ, & quæ ſint feſta de præcepto, & quare ſint inſtituta.

9 Quibus temporibus nuptiæ prohibeantur, & quid propriè tunc ſit prohibitum.

10 Interrogentur tandem de articulis Fidei, de virtutibus, de donis ſpiritus ſancti & de operibus miſericordiæ.

11 Quæ contineantur in Euchariſtia ſub vna, & altera ſpetie, & an ipſa ſit ſacramentum ſimul, & ſacrificium in ipſa Miſſa, & qua ratione.

12 Qui ſint caſus, qui poſſunt accidere ſacerdoti in Miſſę ſacrificio, & quæ ſint ſignificata eorum,

rum,quæ ibi geruntur, & an liceat ſacerdoti ſtatim poſt Miſſam ſaliuam emittere, aut parũ poſt comedere, & quomodo debeat illa die eſſe ieiunus, antequàm celebret, & quando incipiat illa Dies,& quale dicatur eſſe tale ieiunium.

13 An omnes ſacerdotes recipiant poteſtatem clauium ab Epiſcopo in ipſa ordinatione,& quales ſint iſtæ claues, & in quo conſiſtant, et ita quale ſit proprium officium ſacerdotum, & an intendant pro Dei gloria, et eorum ſalute ſaltem Diebus feſtis celebrare.

Seſſ. 23. c. 14.

14 An habeant literas teſtimoniales de vita,et moribus, de cõfeſsione, et perceptione Euchariſtiæ ſaltem ſemel in menſe, et de ſeruitio præſtito Eccleſię,cui ſunt aſcripti, et de ætate legitima,ac cæteris de iure requiſitis.

Seſſ. ead. c. eod.

15 An

15 An ſacerdotes teneantur eſſe apti, et idonei ad docendum populum, ea, quę ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, et ea pariter, quæ ad ſacramentorũ adminiſtrationem ſpectant, et vbi hoc legerint.

PRO ASSVMENDIS ad eccleſias parochiales. Interrogatorium, et primo in generali.

1 QVALE ſit parochorũ proprium munus, et quid incurrant illi, qui ſimoniace conſequuntur beneficia, et quid ſit ſimonia, et quot modis committatur.

2 An liceat curatis ruralibus, et copia confeſſorum carentibus celebrare ſine præuia confeſsione.

3 An teneatur ad restitutionẽ Curatus, si Ecclesiæ suæ bona dilapidet.

4 An habentes beneficia teneãtur ad amplas eleemosynas, & ad reparationem fabricæ Ecclesiæ, & ad augenda ea, quæ ad diuinum cultum pertinent.

5 An clericus qui consentit, vt Principes, aut aliàs quicunq. nobiles laici occupent, aut vsurpent eius Ecclesiæ bona, census, iura, etiam emphyteotiça, fructus, emolumenta seu quascũq. obuentiones, quæ in ministrorũ Ecclesiæ, aut pauperum necessitates conuerti debent, sit ipso facto excommunicatus, & beneficijs omnibus priuatus, & ad quecunq. alia beneficia inhabilis efficiatur.

Concili. Trid. sess. 22. c. 11. Sess. 24. cap. 4.

6 An teneatur Parochus suæ plebi prædicare, & an ipse velit Euangeliũ exponere suæ plebi.

Sess. 23. c. 1. de ref.

7. An ſit habilis ad reſidẽdum, & an intendat reſidere, & quam pœnam incurrant non reſidentes, & an intendat curam exercere per ſe ipſum, an per coadiutorem. Seſſ.23.c. 1. de ref.

8 An ſciat cãtare Miſſas, & alia diuina officia.

Secundo in particulari interrogetur ſuper ſacramento Baptiſmi.

1 AN legerit aliquando librum baptizandorum Diœceſis, & an viderit aliquem baptizari, & an habeat Synodũ Diœceſanam.

2 Quid primo interrogandum eſt, & à quo, cum puer defertur baptizandus ad Eccleſiam?

3 An debeat ſubcõditione baptizari puer, cum ſcitur eum Domi fuiſſe

mi fuisse baptizatum à Commatre.

4 An debeat sub cõditione baptizari puer delatus ad Ecclesiã, si fuerit ob periculum baptizatus in manu vel pede in exitu à ventre matris.

5 Quæ sit materia, & item forma, & quis minister regulariter, & etiam in casu, in sacramento baptismi.

6 Quid sit cathechismus, & exorcismus, & quare eos obseruet Ecclesia, & quid sit baptismus, & quotuplex sit.

Sess. 24. c. 2. 7 Quot ad summum suscipere posſint hodie infantem de fonte baptismi.

8 An sit verus baptismus datus cum interruptione, vel alteratione, aut variatione, aut additione, aut subtractione verborum.

9 An puer, qui inuenitur in me

more expoſitus, ſi nulla appareat ſcriptura in collo de eius baptiſmo, poſſit ſine nota irregularitatis baptizari ſub conditione.

TERTIO INTERROgetur ipſe examinãdus ſuper ſacramento Pœnitentiæ, prout hic ſupra fol. 53. apparet, pro exponendis ad confeſſiones, & item interrogetur ſuper ijs, de quibus ordinandi ad ſacerdotium ſolent interrogari vt ſupra fol. 65.

Quarto interrogetur ſuper Sacramento Euchariſtiæ.

1 AN Euchariſtia in pyxide debeat ſæpe renouari,

& quare,& quando.

2 An ſacerdos habens coràm ſe hoſtias xj. & intendens conſecrare x. ſint omnes conſecratæ,& an ſacerdos poſsit conſecrare vnam partem hoſtiæ ſine alia,ſtante tamen eius continuitate.

3 An ſacerdos debeat proſequi Miſſam, ſi ſciat adueniſſe ex communicatum.

4 An ſacerdos, aduertens in fine miſſæ,ſe loco vini, miſiſſe aquam in calicem,teneatur iterũ repetere verba conſecrationis apponendo vinum in calicem, & quomodo.

6 An ſacerdos eidem infirmo poſsit in eadem infirmitate pluries dare Euchariſtiam.

7 An hoc ſacramentum poſsit dari infirmis non ieiunis.

8 Quę ſit huius ſacramenti materia,forma,Miniſter,& effectus

prin-

principalis,& an in die Natiuita tis Domini post sumptã ablutio nem in prima missa, liceat secun dam celebrare.

9 Quæ cerimoniæ sint obseruãdæ, in exportatione sacræ Eu charistiæ ad infirmos.

Quinto interrogetur super Matrimonij sacramẽto.

1 AN sit verum & ratũ matrimoniũ coràm Deo, & Ecclesia, si sine Parocho,& te stibus celebretur.

2 An facto diuortio per iudicẽ Ecclesiasticum possit vir alterã ducere in vxorem.

3 Quæ,& quot sint impedimẽ ta Matrimonij, in quibus solus Papa dispensat,& quæ, & quot sint alia, in quibus Episcopus dis pensat.

4 An vsque ad quartum gradũ Sess. 24. cap. 4.

contrahatur hodie affinitas con tracta per fornicationem,& per publicæ honestatis impedimen tum.

5 An vir,qui commisit incæstũ cum consanguinea vxoris suæ, posſit deinde, sine dispensatione Episcopi, petere debitum ab vxore sua sine peccato.

Seſſ. 24. cap. 1. 6 An hodie per sponsalia,& co pulam subsecutam contrahatur matrimonium.

7 An Contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis sine excommunicati.

8 Quæ sint seruanda circa celebrationem matrimonij.

9 An ille, qui cognouit duas sorores, posſit posteà ducere vnam ex illis in vxorem.

Sexto

Sexto interrogetur ſuper ſacramento extremæ Vnctionis.

1 QVAE eſt materia, forma, & miniſter, & effectus, & quandò fuerit inſtitutum, hoc ſacramentum.

2 Quibus in locis debeat inungi infirmus, & an ſimul debeant fieri inunctiones, & verba proferri.

3 An debeat dari hoc ſacramẽtum amentibus, furioris, pueris, ſuſpendendis, aut vulneratis, & an debeat dari ijs, qui non petierunt.

4 An pluries quis poſsit ſuſcipere hoc ſacramentum, & an eadem infirmitate laborãtibus debeat pluries dari, ſi ad articulũ mortis pluries deuenerint.

5 Quare inter omnes formas ſacramentorum, hæc ſola conſi-

ſtit in oratione deprecatiua.

Multa alia grauiora poſſent interrogari; præfata tamen videntur eſſe magis neceſſaria, & quotidiana, et profectò, ſatis erit ad ea competenter ipſum parochum reſpōdiſſe. ſed ante omnia pluribus verbis erit ipſe Parochus interrogandus ſuper ſacramento Pœnitentiæ. Cum
Nota ea res ſit quotidiana, magni ponderis ac momenti, & periculoſa valde, atque in ea tota verſetur ſalus animarum, pariterque reductio, ac conſeruatio ouium Ieſu Chriſti.

Poſt hæc inquirendum ſecreto erit de vita, & moribus eius qui examinatoribus, doctus, & idoneus viſus fuerit, & ſi nunquā ille (vel alter illi ſimilis in ſcientia) de aliquo vitio notatus fuerit, nec impræſentiarum aliqua laboret infamia, erit magis

idoneus

idoneus ab episcopo iudicādus, ac proinde ecclesiæ vacanti pręficiendus, si tamen aliàs de iure cætera fuerint requisita. Vnde Concilium sic ait Sess. 24. c. 18. Peracto deinde examine renuncientur quotcunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem ecclesiā gubernandam opportunis. Ex hisq; Episcopus eum eligat, quē cæteris magis idoneum iudicauerit, atq; illi, & non alteri, collatio ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre &c. Hoc ergo solum examinatores præstare debebūt, vt scilicet proponant episcopo vnū, vel duos, aut tres, aut eo amplius, tanquā dignos, & idoneos ad gubernandam vacantem ecclesiam; Ex eis autem magis idoneum ac dignioreē eligere, non nisi ad episcopum

Nota. cō ciliū nō dicit iudicauerint, sed iudicauerit.

copum hoc ſpectabit. ſuo enim iudicio tantùm in tali negotio ſtandũ eſſe ſancta ſynodus præfata ordinat, præcipitq́;.

ASSIGNATIO LOCOrum pro exponendis ad cõfeſsiones, item pro aſſumendis ad Eccleſias Parochiales.

EXPONENDI ad confeſsiones, ſi ea, de quibus interrogãtur, noſſe cupiãt, ſi non ſunt Theologi, & ſententiarijs non dant operam, videant diligenter, & attente legãt, Summam Angelicam, vel Summam Sylueſtrinam, vel Summã Tabienam, vel Summam Antoninam, magnam, aut paruã, vel Summam Roſellam, vel Armillam, vel Summam Hoſtienſem,

vel

vel Summam Raymundi, vel Summam Piſanellam, vel ſupplementum, vel Summam Nauarri, vel Summam Caietanam, vel Summam Confeſſorum, vel aliam, quam maluerint, 1. in verbo, Confeſſor, per totum, 2. in verbo Confeſsio, 3. in verbo, Contritio, Confeſsio, & ſatisfactio, 4. in verbo, pœnitentia, 5. in verbo peccatum, 6. in verbo, præceptum, 7. in verbo, vſura, 8. in verbo, Reſtitutio, 9. in verbo, Excommunicatio, 10. in verbo, Interrogatio, 11. in verbo, Suſpenſio, & Interdictum, & Irregularitas, 12. in verbo, Matrimonium, 13. in verbo, Abſolutio, 14. in verbo, Nuptiæ, 15. in verbo, Beneficium, & quæcunque deſiderari poſſunt, præfatis in locis reperientur; Si tamen legere non pigeat;

Si quis verò hæc omnia ſu-

sius legere desiderat, videat Theologos in 4. senten.& item Canonistas in locis suis.

At verò semper ferè præ manibus habere, secundam secundæ Diui Thomæ Optima res erit, & etiam Catechismum Romanum, & Summam Sacramentorum Francisci à Victoria.

Si verò erunt aliqui assumendi ad Ecclesias Parochiales, videant vltra prædicta, Summistas in verbo, Simonia, 2. in verbo, Clericus, per totum, 3. in verbo, Beneficium, 4. in verbo, Baptismus, 5. in verbo, Residentia,& plura alibi, 6. Concilium Tridentinum in cap. primo Sessionis, 23. de reformati. & cap. 18.Sess.24.& cap.3. Sess. 22. & cap.6.7.8.Sess. 21. & capitu. 4. Sess. 24.

ASSIGNATIO LOCOrum pro eis, qui ad Sacros ordines, etiam ad ſacerdotium, promouendi ſunt.

PRomouendi autẽ ad Sacros Ordines, & præcipuè ad ſacerdotium diligenter, & attentè legant aliquem ex præfatis Sũmiſtis in verbo, Ordo, vel Ordinatus, 2. in verbo, clericus, per totum, 3. in verbo, Euchariſtia, 4. in verbo, Miſſa, 5. in verbo, ſacramentum, 6. in verbo, Lex, 7. in verbo, Sepultura, 8. in verbo, Feriæ, 9. in verbo, Interrogatio, & certè non deſunt hodiè libelli multi Catholici, qui circunferuntur, quos quidem ſæpè legere valdè vtile fuerit, aut, ſi tales, ſint iuuenes, qui ſatis prouectæ ſint doctrinæ, videant Theologos,

gos, ac Canoniſtas in fonte; Ex libellis autẽ, qui circunfeuntur, hos ſæpiſsimè legere dignũ erit videlicet, Ioannem Polancum; Magiſtrum Andræam Panorm. Aloyſium Granateñ. Methodũ Confeſsionis; Laurentium Petium; Caniſium; Nicolaũ de Ploue; & Confeſsionale Beati Thomæ, & alios, quos malueris, quos hic recenſere opus nõ eſt.

FINIS.

ADDITIO
FACTA
PER PRAEFATOS

R.R. D.D. EXAMINATORES,
& multa cum diligentia hinc, inde collecta, & compilata

PER R. P. F. IO. BAP. ANTONVCIVM
eugubinũ eremitanum D. Aug.

ad plurimorum commodum, & vtilitatem.



PLACENTIAE
Apud Franciſcum Comitem.
M D L X X I I I I.

FORMA ECCLESIAE CONSVETA ABSOLVENDI QVEMPIAM

ab Excommunicatione maiori, siue quando confessor obtinuerit super hoc potestatem ab Episcopo, siue quando pœnitens obtinuerit à Papa, siue quãdo idem penitens reperiatur in articulo mortis cõstitutus, hęc est, pro vt iura statuũt, & decernunt.





RIMO namq; requiritur, vt exigas ab excõmunicato iuramentum, quòd parere debeat mandatis tuis, vt etiam inquit, D. Tho. in 4. dist. 18. ar. 5. q. 2. ad 1.

c. ex tenore.

c. de cætero de sen. exc.

ad 1. q. in responsione ad primum.

e. ex par. de verb. sign. c. solet, & sen. exc. in 6. Secundò, vt iuxtà facultates suas sufficientem læsis præstet emendam, & si non potest, satisfactoriam, aut pignoratitiá, pro tunc, præstet saltem iuratoriam cautionem, vt aiunt Doctores.

23. q. 8. pessimá. Tertiò, vt facias eum promittere, ne de cætero contra illum Canonem veniat, contrà quem faciendo, incurrit censuram illam.

Nauarrus c. 26. & Anton. 3. part. t. 24 c. 77. Quartò, vt absoluas eum cũ aliquo psalmo pœnitentiali, & alijs requisitis, vt suprà, & si fuerit vir, debet virga, aut corrigia, aut corda leuiter verberari, non autem mulier.

Submonitio. Quintò, si talis excommunicatio, qua iste ligatus est, erit cõtenta in Bulla cœnæ Domini, & propter mortis articulũ possis eum absoluere, debes vltrà

præ-

prædicta ſufficientem cautionē exigere de ſtando S. R. E. mandato ſi ſuper vixerit, quamprimum commodè poterit, ſub pœna reincidentiæ in eandem cenſuram, vt hab. in capit. eos qui. de ſent. excom. libro ſex. & hoc elicitur ex ipſa Bulla in cœna Domini, vbi ſic ait Papa.

Et à quibus quidem ſententijs nullus per alium quàm per Rom. Pont. niſi in articulo mortis conſtitutus, abſolui poſsit, Nec etiam tunc, niſi de ſtando S. R. E. mādato ſufficienti cautione præſtita &c. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, Indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus &c. Hæc autem ſufficiens cautio; (vt aiunt Doctores) debet eſſe, aut pignoratitia, quæ fit cum ſecuritate pignorum de ſatisfaciendo; aut fideiuſſoria; Verba Bullæ.

aut

aut denique iuratoria, si absoluendus sit omninò pauper. pro quibus vide Glossam. in cap. ve stras, extra de Don. inter virũ, & vxo. & in cap. Odoardus de solutionibus, & Raymundum in summula tract. 13. in fin. & Caiet. in summula, & alios sum mistas, & glos. in capit. ex parte de verb. sign. & Ant. 3. par. titu. 24. c. 77.

ABSOLVTIO ab excõmunicatione maiori.

PRæmissis omnibus, vt suprà, genuflexo pęnitente, dicat Sacerdos super eum, Miserere mei, vel alium psalmum pœnitentialem totum, & denudatis eius humeris, si visum fuerit expedire, (nisi sit mulier, quæ nõ per-

percutitur) det ei ictum vnum leuiter percutiendo ad quemlibet verſum. Poſtea dicatur (Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, pater noſter, ℣. ſaluum fac ſeruum tuum, ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. à facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo, ℟. & filius iniquitatis non apponat nocere ei, ℣. Domine exaudi orationem meam, ℟. & clamor meus ad te veniat, ℣. Dominus vobis cum, ℟. & cum ſpiritu tuo. Oratio: Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationẽ noſtram, (vel meam) vt hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat, per Chriſt. D. N. Amen. Autoritate omnipotentis Dei,

&

& Beatorum Apoſtolorũ eius Petri,& Pauli,& Sãctiſsimi Domini Noſtri Papæ, (vel Reuerendiſsimi Epiſcopi Noſtri) in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa, abſoluo te à vinculo excommunicationis, quam incurriſti propter talem,vel talem cauſam,& reſtituo te ſanctis ſacramentis Eccleſiæ, communioni,& vnitati fidelium. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen.

Submonitio.

Nota quòd ſi excommunicatio non ſit certa, & proinde ad cautelam fieri abſolutionem cõtingat, non ſunt ſeruandæ prædictæ ſolennitates, ſiue circunſtantiæ. Item pro contumacia,vel offenſa dubia,ſufficit dari cautionem iuratoriam,vt aiũt Doctores, etiam ſi dari poſſet ſi deiuſſoria, & demũ ſcito, quòd in articulo mortis conſtitutus à

quo-

quocunque caſu abſoluatur, ſi ſuperuixerit, neceſſe eſt eum adire ſuperiorem illum, à quo aliàs de iure fuerat abſoluendus, prout elicitur ex dicto cap. eos qui, de ſenten. excom. lib. 6. & ex ipſa extr. Benedicti Papæ X I. de priuilegijs, quæ incipit. intercunctas.

FORMA DISPENſandi ſuper irregularitate; ſi ſuper hoc facultas habeatur.

AVtoritate N. in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, (vel irregularitatibus,) quam (vel quas) contraxiſti propter talem, (vel tales) cauſam, (vel cauſas,)

&

& restituo te ad actus legitimos, in nomine patris,& filij,& spiritus sancti. Amen.

ABSOLVTIO communiter obseruanda in confeßione Sacramentali.

1 SI teneris aliquo vinculo excõmunicationis à quo poßim te absoluere, ego absoluo te,& restituo Sacrosanctis sacramentis Ecclesiæ, Communioni,& vnitati fidelium. In Nomine Patris,& Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

2 Misereatur &c. Indulgentiam &c.

3 Dominus Noster Iesus Christus te absoluat, & ego autoritate ipsius qua fungor. Absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In Nomine

Nomine Patris, & Filii,& Spiritus Sancti. Amen.

Paſsio Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & merita B. M. ſemper Virginis, & omnium Sanctorũ, & quicquid boni feceris,aut mali ſuſtinueris,ſint tibi in remiſsionem peccatorum, in augmentũ gratiæ, & præmiũ vitæ ęternæ. In Nomine Patris,& Filii,& Spiritus Sancti. Amen.

In Reconciliatione, & in Caſu mortis repentinæ, vel aliàs imminẽtis.

1 SI teneris aliquo vinculo excõmunicationis à quo poſsim te abſoluere, ego abſoluo te. In Nomine Patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Amen.

2 Item ego Abſoluo te,ab omnibus

nibus peccatis tuis. In Nomine Patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

Tempore Iubilei aut similium gratiatum.

1 SI teneris aliquo vinculo, vel aliquibus vinculis ex communicationis, suspensionis, & interdicti, à quibus ego possim te absoluere, auctoritate mihi commissa, & tibi concessa à Sanctissimo Domino Nostro Papa, ego absoluo te, & restituo Sacro Sanctis Sacramentis Ecclesię cómunioni, & vnitati fidelium. In Nomine Patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

2 Misereatur &c. Indulgentiam &c. Dominus Noster Iesus Christus &c. vt supra 3.

Absolutio

ABSOLVTIO IN articulo mortis pro habentibus Bullas, aut confeſsionalia, aut Apoſtolica priuilegia, prout sũt illi communiter, qui ſunt ſcripti in ſocietate corporis Chriſti, aut alibi &c.

POSTQVAM pœnitens fuerit abſolutus à peccatis, ſecundum formulam hîc ſuperiùs poſitam, debet ſacerdos in fine hæc verba ſubiungere. Autoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli tibi conceſſa, & mihi cõmiſſa, concedo tibi omnem illam indulgentiam pecca-

Cautela optima. torum tuorum, quam possum concedere virtute tuarum Bullarum, confessionalium, vel alio rum Priuilegiorum, si tamẽ hac vice morieris, aliàs, pro alia tibi vice reseruo, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

Nauarr. & hanc formam tradit Nauarrus in suo Manuali cap. 26. nu. 30. & dicit esse etiam doctrinã

D. Anto. B. Antonini 3. p. & subdit, quod in articulo mortis multi amittunt tales præfatas gratias, quia eorum confessores non applicant eis, & tales gratiæ, inquit, debent etiam applicari ijs, qui amiserunt loquelam, & non potuerunt confiteri, dũmodo ostẽderint signa cõtritionis; possunt enim tales percipere sacram Eucharistiam, & demum extremã vnctionem, etiam si fuerint anteà grauissimi peccatores.

Notanda

NOTANDA AB omnibus sacerdotibus vbiq; terrarum consistentibus.

1 QVicunque sacerdos absoluit aliquem (nisi in articulo mortis, eo modo, vt supra) ab aliquo casu existente in Bulla cœnæ Domini, est ipse facto excommunicatus, & omne officium legendi, prædicandi, & sacramẽta administrãdi, est sibi interdictũ, & tñ quicquid aget absoluendo, vel alias, nullius est roboris, vel momẽti, & hęc excõicatio ẽ reseruata Papæ in dicta Bulla Cœnæ Dñi. Circa finem Bullæ.

2 Sciant confessores, quòd hodie post obitum Roman. Pont. casus Bullæ in Cœna Domini adhuc in suo robore, & eodem vigore perseuerant; donec

nouus ꝓcessus per nouũ Rom. Pont. formetur, quę quidem res olim non sic erat, sed à tempore Pij V. citrà hoc incæpit.

3 Nullus confessorum, aut pœnitentium possunt vllam excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, si contra dictam Bullam præsumpserint venire, & hoc habetur ex ipsa Bulla, quia subdit Papa, cum non sit verisimile, quod ipsũ remaneat incognitum, quod tàm patenter omnibus publicatur.

ignorãtia non excusat ab &c.

4 Omnes confessores, etiam regulares, sub pœna diuinæ vltionis, ac proinde peccatis mortalis, tenentur habere apud se trãsumptum Bullæ in Cœna Domini, atq; diligenter, & attentè debẽt illud legere, nec aliter ad cõfessiones exponendi, sunt, & hoc ibidẽ habetur in dicta Bulla: curati verò tenentur dictam

Qui non curat habere Bullain Cenę D. peccat.

Bullam,

Bullam populo nunciare sub ea dem pęna.

5 Omnes religiosi præsumentes absoluere excommunicatos à Canone, nisi in casibus à iure expressis, aut ex gratia Sedis Apostolicæ concessis, vel excommunicatos à sententijs per statuta prouincialia, vel Synodalia, sunt ipso facto excommunicati, & absolutio reseruatur Papæ, vt habetur in Cl. de priuile. cap. religiosi, & D. Ant. 3. p. tit. 24. c. 54. declarat, & Caietan. in Summula in ver. excommunicatio cap. 64. & aduerte, quòd, si presbyteri sæculares absoluerēt à dictis excommunicationibus, præter eas, quæ continentur in Bulla Cœnæ Domini, nō essent excommunicati, quia in dicta clem. non compræhenduntur, (vt ibi aiunt Doctores) nisi ipsi religiosi, siue regulares. Ve-

Nota & benę.

Presbiteri in hœc non incidunt.

runtamen absolutio esset nulla, & ipsi peccarent mortaliter, & tenerentur pœnitenti hoc notum facere. At verò, si presbyteri sæculares absoluerent à casibus Bullæ in Cœna Domini, inciderent etiam ipsi in eandem excõmunicationem. Religiosi tamen, absoluentes ab excommunicatione lata ab homine, nõ incurrunt excommunicationẽ, sed peccant mortaliter tantum.

Quando Religiosi nõ incurrant &c.

6 Spatulæ non sunt denudandæ viris absoluendis ab excommunicatione quando ipsi confitentur peccata sua in loco publico: aut quando occurrit alius respectus consideratione dignus, quia nullibi hoc inuenitur in iure expressum.

7 Cauere debent confessarij ne quempiã absoluant à peccatis, & postea ab excommunicatione immò semper ad cautelam debet

ĩ hoc mul ti peccãt.

bet precedere absol̃o ab excom municatione minori, & ab alia, si, & in quantum possunt. Pro quo vide Doctores in locis suis, & D. Th. in 4. senten. distin. 19. q. 1. questiunculę 2. in rñsione ad secundum vbi dicit, quòd, quamdiu quis est excommunicatus nõ põt recipere aliquod ecclesię sacramentum, & quod absolutio ab excõmunicatione debet precedere absolutionem à peccato.

8 Cauere debent etiam confessarij, ne in absolutione dicant, absoluo te, à peccatis tuis contritis &c. Quia, cũ sępe de attrito quis fiat contritus virtute clauium, contingeret pœnitentem remitti in absolutũ, si diceretur, absoluo te à peccatis contritis, vt ait Io. Medina. tract. 2. de pęnit. & iccirco Gab. Biel in quarto sent. distin. 14. q. 2. articulo primo

cõtra hoc plurimi d̃linquunt

ĩ q. d̃ oblitis circa finẽ.

primo circa finem, reprehendit hanc particulam, tãquam valde periculosam, & item Nauar. in suo Manu cap.26. numero 11. circa finem, & alij theologi in quarto sent. hoc mirum in modum carpunt.

9 Nosse debent omnes confessarij, quód Episcopi hodie possunt absoluere ab omni excommunicatione, & ab omnibus casibus occultis, etiã Sedi Apostolicæ reseruatis, in foro tamen conscientiæ tantum; Non tamen possunt vllo modo absolue re à casibus contentis in Bulla Cęnę Domini, propter magnas obstantias, quas ponit Bulla in fine. Vnde quod in fine cap.6. Sess.24. dicitur, quod Episcopi in hæresis crimine posśint per seipsos, nõ autem per Vicarios, absoluere, non habet amplius locum propter dictam Bullã, pro

cõci.trid. sesi.24 c. 6.

ut

ut etiam adnotauit Franciscus à Toleto, & ratio est, quia Bulla in Cœna Domini non solum est pagina excommunicationis extensionis, sed etiam reuocationis, & innouationis, pro vt ibi in calce dicit Papa. At in dicta Bulla fit mentio de reuocatione cuiusuis concilij generalis, quo ad illos processus ibi cõtentos, igitur &c.

In foro tamen fori possent Episcopi absoluere sicut & ĩqsitores: Pius V. addidit.

10 Debent Item non ignorare quòd quamuis aliqui, immò plurimi, non sint excommunicati nominatim (propter quod nõ euitantur propter extrauag. Martini. V. in concilio constantiensi quæ incipit, ad euitandũ &c. tamẽ non possunt tales participare in diuinis, & peccant semper mortaliter, quoties audiũt Missam, vel intersunt diuinis officijs, aut ad sunt cum alijs in publicis Rogationibus, aut

Mart. V. in conc. const.

Vide Felyn. in c. Rod. de resc.

 astant

astant Benedictioni mensæ cum alijs, & huiusmodi innumeri errant in hoc. Quia ipsa constitutio in dicto concilio non fuit facta in releuamen excommunicatorum sed ad consulendum timoratis conscientijs (vt ibi in calce dicitur Itaq; non requiritur aliqua publicatio, quantũ ad pœnas spirituales, quas excommunicati ipso facto incurrunt. Pro quo vide Nauarr. in Manual. cap. 27. summ. xij. numero 45. Quo circa tenentur confessarij, confluentes ad se pœnitentes, de hoc admonere, si intellexerint eos aliquam excomunicationem incurrisse, hoc.n. dicimus, quia in hoc plurimi in animarum suarum pernitiem magnopere errant.

Innumer errant in hoc.

Vide & Felyn. c. Rod. de rescr.

Nota bene cõfessor.

11 Insuper scire decet, quòd, quamuis aliquando nonnulli facultates habeant à Papa, vt semel

mel in vita, & ſemel in articulo mortis valeant ab omnibus caſibus abſolui, etiam ſede Apoſtolice reſeruatis, non tamen poterunt earum vigore à caſibus contentis in Bulla cœnæ Domini abſolui, niſi de ea ſpecialis, & expreſſa mentio habeatur, quod quidem ferè nũquã facere conſueuit Papa, niſi in Iubileis ſolemnibus, qui rariſsimè à ſanctitate ſua emanant. Per indulgentias autem ſeptennes, aut huiuſmodi, ſæpè dari ſolitas, nũquàm ferè à caſibus reſeruatis abſolutio concedi ſolet; qua in re plurimi etiam labuntur.

Indulg. ſeptennes.

12 Sciant etiã nullum vmquam peccatum mortale mentale tantum, quantumcumq; graue, et. enorme, eſſe reſeruatum, neq; Papæ, neq; Epiſcopis, & proinde omnes confeſſarij approbati poterunt ab eis ſemper

absoluere pœnitentes, imposita tamen salutari pœnitentia in articulo aũt mortis, quando tamen confessarij approbati copia deest pœnitenti, & periculum est in mora, sciant omnes sacerdotes se absoluendi potestatem pro tunc habere, cum autoritate etiam absoluendi à casibus cõtentis in Bulla cœnæ Domini, ne dum ab alijs, si illis irretitus esset dictus pœnitens, seruatis tñ ijs quæ superius dicta sunt, si temporis angustia id patiatur, aliàs non; sed si superuiuat impleantur posteà, quæ aliàs de iure seruanda erant, sancta enim Dei ecclesia dicitur, & est pia mater.

Cõc.trid. sess.14.c. 7.circa finem.

13 Curent Item vt infirmum, qui nondum confessus est, & loquelam amisit, interrogent de peccatis in speciali, & per nutus, & signa faciant sibi responderi,

deri, & sic eum absoluant, alias non possunt eum absoluere, si solum se peccatorē in generali pernutus, & signa responderet. Pro quo vide Domi. Soto in 4. sent. dist. 18. q. 2. ar. 6. in primo membro, & quinto & concordat Nauarr. cap. 26. numero 28. & subdit, quòd Sacerdos sic absoluens peccat mortaliter. Idem sentit Diuus Thomas in 4. sent. distin. 17. q. 3. art. 4. in resp. ad 3. q. quoniā (inquit) confessio, secundū quòd est pars sacramenti, habet determinatum actum; sicut & alia sacramenta, habent determinatam materiam. Eiusdem sententiæ est etiam insignis theologus Abulensis super Matt. 16. q. 49. in floribus.

oppositū sensit Angelica sed malè.

14. Sciant etiam, quòd tunc est articulus mortis, quando periculum, est in mora, aliàs non.

Quo

Quando fit articulus mortis.

Quocirca infirmus qui non est in tali periculo constitutus, vt de eo timeatur, nequaquam poterit à casibus Papæ, aut Episcopo reseruatis absolui, nisi spetialem super hac re habeat facultatem.

15 Sciant præterea, quòd per Iubileos quoscunq; nunquam aliquis consequitur authoritatē, vt possit dispensari ab aliqua, quomodocunq; irregularitate contracta; Et ratio est, quia Bulla Iubilei cōcedit authoritatem tantummodo super censuris, irregularitas autem non dicitur cēsura, Extra de ver. signif. cap. quærenti. est tamen impedimētum canonicum. Item irregularitas non absoluitur, sed dispensatur.

Hic ruūt infiniti.

16 Nosse adhuc debent, quòd ab infirmis, in periculo mortis constitutis, pura est inquirenda con-

confeſsio peccatorum, Non tamen illis imponenda eſt quantitas pęnitentiæ; Sed innoteſcenda; vt poſtea, ſi conualuerint, expleant, quæ aliàs explenda erant, iuxta modum à Sacerdote imponendum, 26. q. 7. cap. ab infirmis.

17 Pro peccato occulto, quantumcunq; graui, nunquàm eſt imponenda pœnitentia manifeſta, vt habetur in cap. quęſitum De pœn. & Remiſſ. & ibi per Abb. & doct. & acriter ſunt increpandi, qui oppoſitum faciunt.

18 Debent etiam hoc pœnitus non ignorare, quòd nedum illi, qui imponunt Collectas, Decimas, taleas, pręſtantias; & alia onera clericus, & eccleſiaſticis perſonis, ac eorũ bonis, & huiusmodi, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione contenta

vt patet in Bulla cęnę D.

tenta in Bulla cœnæ domini, ſed etiam, qui exquiſitis modis exigunt; aut à ſponte etiã dantibus, & concedentibus recipiunt, ſunt eadem excommunicatione innodati,& cum eis pariter, qui directè, vel indirectè, palam,vel occultè,per ſe vel per alium, votum,vel ſuffragium ad hoc prȩſtant; & demum procurantes prȩdicta,vel exequentes, vel in eis conſilium, auxilium, vel fauorem dantes.

Hoc pauci aduertunt.

Vbi nota, quòd quantum ad prȩdicta, videtur in ſuo robore permanere cap. clericis laicos. de imm. eccles. in ſex. Quamuis,quantum ad alia fuerit reuocatum, vt patet in Clem. vnica. eo. tit. & per extrauag. Benedicti. x1. eod. tit.

Aduertant ergo Cõfeſſarij q̃d etiam recipientes à ſponte dantibus, vt prȩfertur, incidunt in

excom

excommunicationem.

19 Sciant etiam eadem excom municatione esse inuolutos, qui Iurisditiones, fructus, redditus, & prouentus, ad ecclesiasticas personas, ratione ecclesiarum, pertinentes, vsurpant; vel surri piunt; seu quauis occasione, vel causa, sine licentia papę sequestrant.

20 Confessarij debent pro ma gnis,aut multis criminibus,quibus pœnitentes irretitos compererint,vltra alia remedia contra recidiuū, hoc etiam, tanquā singulare adhibere,nempè vt semel in mense confiteantur peccata sua, & si fieri posſit sacram percipiant eucharistiam, & hoc per spatium vnius anni aut sex mensium, vt inde assueti his sacris rebus,ex seipsis perseuerent in eis.

Vtinam hec seruarēt cōfessores.

21 Itidem Confessarij Sciant

non

non esse bonũ reprehendere pęnitentes nisi in fine totius confessionis; quo tempore infundant vinum,& oleum super vulneribus sauciati, vt habetur in euangelio; & de pœnitentijs,& rem. cap. omnis vtriusq;.
22 Nouerint etiam (pro vt D. Ant. 2.p.tit.2.cap.vlt. & Angelica in ver. Restitutio, & alij referunt) quòd non sufficit Confessori quęrere à pœnitente, an teneatur ad restitutionem alicuius debiti,aut malè ablati, sed vlterius pquirere debet, an aliàs fuerit ei iniunctum, vt restitueret; & comperto quòd hoc nunquam anteà adimpleuerit, sed quòd semper distulerit,non erit vllo modo absoluẽdus,nisi prius cum effectu restituat vel saltem cautionem fideiussoriam,aut pignoratitiam de restituendo (sine manifestatione tamen peccati)

Cęcutiũt in hoc multi.

ti) intra certũ tempus, sibi pręfi gendum pręstiterit. Nam hęc restitutio non subiacet arbitrio sacerdotis, neq; circa eam potest aliquid ipse taxare, vel moderari. Immò damna, & interesse restituere debet pœnitens; vt aiunt theologi in quarto sent. dist. 15. Quocirca in hac re seipsos decipiunt cũ animarum suarum periculo non modico. Nã aliud est taxare, & moderari satisfactiones; & aliud restitutiones.

23 Hoc attendere debent confessarij, vt semper eas pœnitentias imponãt, quas verisimiliter credant pœnitentes debere implere, ne ipsas violãdo, deterius eis contingat. Quare commonendi sunt pœnitentes ne has, aut illas pœnitentias acceptent, nisi eas firmiter pro viribus se impleturos proponant & insi-

nuetur

nuetur eis quòd illa pœnitentia quę imponitur nō est sufficiens pro expiandis pęnis pręcedentium delictorū, & quòd grauissime in purgatorio soluent omnia, nisi in hac vita per seipsos plenè diuinę Iustitię satisfecerint.

Olim sep tēnes pęnitēt.e c.

24 Exponere etiā debent pœnitentibus, quòd olim cuilibet peccato mortali Septennis pœnitentia à sanctis patribus, diuino instinctu regulatis, iniungebatur, vt habetur. 22.q.1. prædi eandum. in Gloss. & 33.q.2. Hoc ipsum.§.sequenti.

25 Laborare plurimum in hoc debent Confessarij vt pœnitentibus contrariā peccatis medicinā imponant. puta luxurioso, Continentiam, & pro ea retinenda, vetent transitus per aliqua loca inhonesta, imponant ieiunia, aut disciplinas, aut alias carnis

mace

macerationes. Auaris iniungant eleemosynas, & eas nullò modo ipsi recipiant, sed per ipsosmet deferre ad aliquem piũ locum faciāt, vt e medio omnis mali suspitio tollatur. Superbis autem imponant aliqua opera humilitatis. Pœnę enim, medicinę quędam sunt, at medicinarum ea natura est, vt per contraria fiant. vt.2.eth. dicitur, & consonat B. Greg. in homilia vnius martyris. Bonũ item erit, vt confessarij exponant pœnitentibus, quòd, si pęnitentias impositas aliqua die ex negligentia, vel ex obliuione omiserint, possint alia die supplere. & (vt D. Th. & Pet.de pal. & Ricard. & alij Theologi aiunt) Satisfactio imponenda, potius esse debet remedium pręseruatiuum à recidiuatione. Notula vtilissima.

26 Supra modum autem caue

re

re debent sacerdotes, vt nemi-
nem absoluant, qui prius lęsam
proximi famam non restituerit.
Non enim minus offenditur
Deus, & proximus in subtrahen
do rem alienam quàm in lędcn-
do famam quocunq; modo, &
in quocunq; loco. Qua quidem
in re solent sępe deficere tàm cō
fitentes, quā confessores in ani-
marum suarum periculum non
modicum.

Submonitio optima.

Grauissime peccatur i hoc.

27 Illi confessarij, qui pasim,
& indifferenter sacras audiunt
confesiones, debent singulorū
peccata peculiaria nō ignorare.
Alio enim modo Princeps, alio
verò modo iudex, Mercator, Da
tiarius & Sutor peccare consue
uerunt. Quocirca asiduè, libel
los ad hanc rem plurimū facien
tes, legere debent quàm diligen
tissimè.

Cognitio status hominū, est necessaria.

28 Nouerint confessores, quòd
quando

quando agitur de peccato, an ſit mortale vel veniale, tunc in dubio debent tam confeſſor, quàm pęnitens, eligere tutiorem viã, ſed ſi agatur, an ſit obligatus pœnitens aliquid facere, vel dare, vel pœnam pati, tunc confeſſor eligere habet opinionem benigniorem.

29 Multa alia ad hoc munus obeundum ſcire debent ſacerdotes, quę ex alicuius optimi Summiſtę doctrina facile addiſcent. At verò Caſus excõmunicationum, & item caſus reſtitntioni obnoxios debent memorię omnino commendare pręter alia quę ſuperius niſinuata ſunt

30 Demum caueaut, ne quenquam à ſe dimittant ſine manus impoſitione Nam & ſi eum nequeant abſoluere, tamen, ne hoc alijs innoteſcat, debent ſibi dicere, quod propter circunſtantes,

cum

Imprudẽtes sæpe deliquũt in hoc.

cum eleuatione manus dicent super eum aliquam orationem sine absolutione. & ita pœnitens non recedet confusus. sed consolatus. & hoc est valde aduertendum.

BREVE INTERrogatorium ad commoditatem confessorũ. De sumptũ ex, Angelo de Clauasio, ex Laur. Petio, ex Nauarro, ex Martino de Frias & alijs.

Vbi singulorum peculiaria crimina tanguntur, reliqua verò, eorundem confessorum pruden tiæ, iuxta personarum qualitatem, relinquuntur,

A Dominis tẽporalibus & Principibus hæc interroga.

SI suum dominium, vel dignitatem, iniusto, sibi acquisiuit, titulo: quia mortaliter peccauit; & semper in mortali versatur. Quousq; iustum acquirat titulum. de penit. dist. 5. fal sas.

Si neglexit facere iustitiam, vt sibi acquireret amicos, vt ex hoc in dominio, vel dignitate securius manere posset, mortaliter peccauit, & læsis satisfacere tenetur.

Si aliquam fecit iniustitiam, multò magis tenetur ad restitutionem, & ad resarciendum dãnum læso.

Si pontifici romano, et alijs ecclesiæ prȩlatis, vel dominis tẽporalibus ipse inobediens fuit: & eorum admonitiones paruipendit, & contẽpsit, mor. pec.

Si circa honores, nimiùm ambitiosus fuit, & pro consequendo potentiam, & honorificentiam, paratus fuit facere quodcunq; malum, mortaliter peccauit, & toties, quoties in tali fuit opinione.

14. quest. 6. Si res. Si suos subditos in taleis, & exactionibus, nimium grauauit,

quia

quia vltra mortale, satisfacere tenetur.

Si contra iustitiam, collectas imposuit, quia, vltra mortale, satisfacere tenetur. ut 18. distin.

Si publica vendidit officia, cũ subditorum suorũ grauamine, mortaliter peccauit, & damna sibi imputantur, secundũ Tho.

Si subditos, volẽtes domiciliũ transferre, spoliauit, quia de necessitate, secundum canonistas, satisfacere tenetur.

Si bona decedentiũ sine filijs ipse vsurpauit: vel testari tales prohibuit, tenetur restituere, talem in locis suis qui habuisset iurisdictionem.

Si feuda vasallis suis iniustè denegauit, vel etiam seruitium illis debitum denegauit.

Si ipse, vasallus existens, domino suo infidelis fuit.

Si ipse ẽt domino suo aliquã

intulit iniuriam, videlicet feudum alienando, & similia.

Hodie sunt excommunicati. Si filias subditorũ suorũ coegit nubere alteri: vt eis succederet, quia morta. potuisset esse, secundum qualitatem rei.

Si à subditis suis seruitia indebita extorsit.

Si nimium vindicatiuus fuit.

Si homicidia, vel mutilationes, aut incarcerationes, ex ira, & odio fecit, aut fieri permisit.

Si segetũ vastationes, & incẽdia fecit, vel permisit.

vt 2. qu. 4. c. Monarchia & in cõc. Tri. Sess. 25. c. 19. Si duella, in suis terris permisit, quia semper mortale fuit, & est excommunicatus.

Si ludos, & spectacula vana, & periculosa fieri fecit.

Si turpes repręsentationes, cũ magno populorum scandalo, fieri permisit, vel nõ prohibuit, mor. p.

Si nimis durus, & inexorabilis

lis fuit: videlicet ad parcendũ, vel diſpenſandum, in quibus debuit,& potuit.

Si torneaméta fieri permiſit.

Si etiam,ad parcendum delinquentibus,nimis facilis fuit, contra iuſtitiæ ordinem.

Si pœnas, & emendas delinquentium,propter auaritiam,in pecuniam conuertit.

Si etiam pœnas mortis corporales,propter eandem cupiditatem,& auaritiam, pecuniarias fecit, quia vltra mor.tenetur lęſis, ſi propter hoc aliqua ſcelera faciliùs ſunt perpetrata.

Si propter lucrum, publicos vſurarios in terris ſuis tolerauit: quia vltra morta. tenetur lęſis ſatisfacere.

Si ſuis officialibus, & ſtipendiarijs, ſua ſtipendia non ſoluit: quia ad eorum damna tenetur.

Si blaſphematores, & ſodomi

tas, & consimiles non puniuit, vel puniri permisit, mor. pec.

Si prouinciam suam malis, & sceleratis viris, non purgauit, mortaliter peccauit, & secundũ leges, magna dignus est pœna.

Secundũ pa. de resti. spo. c. nõ licet.

Si vias publicas, cum posset, non tenuit securas, tenetur de damnis illatis.

Si pupillos, & miseras perso. noluit audire, dando eis aliquas pub. audientias, quia vltra morta. tenetur de damno, quod eis infertur.

Si prædictorum curam non habuit, & legata, ad eos spectantia, non dedit, aut dari non permisit.

Vt 25. q. 5. ca. princeps.

Si ecclesias, & earum bona, & iura, vt decuit, non defensauit, grauiter peccauit.

Si concubinas, & malas fœminas, cum scandalo populorum, tenuit publice.

Si

Si ſuas ancillas,& pediſſequas deflorauit.

Si ſeruos,& ancillas,volentes honeſtè viuere, non permiſit.

Si malam familiam tenuit, & de eorum mala vita nullam curam habere voluit, quia ei totũ in pernitiem aſcribitur.

Si augurijs,& ſortibus,ac maleficijs vſus fuit.

Si incantatores, & diuinos in curia ſua tenuit, ac illis fauit, quia mor.pec. 26.queſt. 5.ca. auguriis.

Si leges iniquas edidit, vt videlicet de iniurijs vnuſquisque vendicare poſsit,et ſimilia, mor. pec.nec poteſt abſolui, niſi tales leges abrogentur.

Si leges bonas, & iuſtas non obſeruauit, aut obſeruare fecit, & malefactores,luſores,blaſphematores,fures,latrones, & alios iniuriatores,non puniuit, grauiſſime peccauit.

Extra eo. in cle. ex graui.

Si leges constituit, vt vsuræ solutæ repeti non possint, quia, vltra mor. excōmunicatus est.

8. dist. c. que contra mores.

Si malefactoribus, & homicidis, aut debitoribus, pro debito, aut alia quacunque re, literas, & boletinos īmunitatis dedit, contra bonum reipub. vel priuatarum personarū, videlicet, quòd liceat eis de nocte ire, armaque portare, vel quòd non possint à creditoribus ad soluendum cogi, vel propter homicidium possint impunè in loco permanere, & huiusmodi, grauissimè pec.

Si corruptus pecunia aliquē indebite cōdemnauit, vel extra ditionem suam expulit, & banniuit.

Si etiam, alia aliqua irrationabili causa, aliquos exilij damnauit.

Si seditiones, & scandala libenter quæsiuit.

Si

Si partialitates, et sectas, atq; dissensiones inter subditos suos enutriuit.

Si nimium superbus, & arrogans fuit.

Si voluit à subditis suis in omnibus, etiam in illicitis, obedientiam sibi præstari.

Si in vestimentis, iocalibus, famulis, equis, canibus, auibus, barchis, apparatibus plurimis, nimium pomposus fuit, suaque bona inutiliter expēdit, quæ indigentibus dari deberent.

Si malos rectores, impiosq;, ac crudeles, in officijs pub. posuit, qui iniustè in omnibus se habent, & nimis subditos in extorquendis pecunijs grauabant: & hoc propter lucrum, quod ab eis percipiebant: aut propter auaritiam.

Si aliquam iniustitiā, vel violentiam, aut iniquitatem, in sub-

ditos suos exercuit.

Si alios malos consiliarios, & prauæ conscientiæ, tenuit.

Si aliquid per vim, aut metũ, à subditis suis extorsit, restituere tenetur.

Si in distribuendo officia pu. officialibus, ab eis mutuò aliquid accepit, vsuram commisit, secundum theolo.

Si indebitas operas à suis subditis extorsit, vtpote, agrorum suorum culturas, & vecturas bouum, & equorum.

Si in diebus festiuis ea ipsa fieri præcepit.

Si in diebus festiuis venatum iuit, & propter hoc missam non audiuit, nec alios audire ꝑmisit.

Si venando, segetes, & alia agrorum semina, conculcauit.

Si propter venationes contra eius præceptum à subditis suis factas, aliquem condemnauit,

vel

vel mutilauit, quia, si id liuore vindictę, vel libidine venandi fecit, mor. pec. & satisfacere tenetur.

Si permisit, vel mandauit suis famulis, furari.

Si bona communitatum communia, sibi appropriauit, satisfacere tenetur.

Si ipse iustitiam nō fecit, vel ministrari non permisit.

Si iniustam causam, vel bellū iniustum scienter defendit.

Si delicta populorum suorū, impunita permisit, aut malas consuetudines sustentauit, grauiter pec.

Si damnatis vltimo supplicis, sacramenta ecclesiæ denegauit quia eorum animæ de manibus eius requirentur:

Si in suis terris iniqua pondera, malasq; mensuras, aut iniusta rerum venalium precia, per-

misit: siue falsas monetas expen dere, vel cudere fecit, quia de omnibus damnis tenetur.

17.quest. 4.c.si cō stituit. Si iudeos in terris suis officia publica habere permisit, quia non licet omninò.

Si nouas synagogas eos erige re permisit, quia non licet.

Si in diebus lamentationis in publicum eos prodire voluit, aut hostia clausa tenere non fe- cit, male vtiq; fecit, vt extra eo. cap. in nonnullis.

Si eos nō coegit signum por tare, vt ab alijs discernerentur, male fecit, quia tenentur porta- re. vt extra eo. in nonnullis.

Si eos Christū blasphemantes non puniuit, quia secundum Hostien.& alios, merentur, & debent decapitari.

Si de defectibus ecclesiastica- rum personarum ad eum non pertinentibus se intromisit, quia

gra

graue peccatum eſt.

Si traxit eccleſiaſticas perſonas ad forum ſuum: quia non ſolùm mor.pec. ſed & deponendus eſſet, & eſſet excõicatus. Vt 2.q.1. c.nullus.

Si contra libertatem eccleſiæ ab eccleſiaſticis perſonis extorſit, quia vltra mor. magna eſſet pœna puniendus, & eſſet etiam excommunicatus. Vt 25.q. 1.quicũque.

Si eccleſiaſticas perſonas cepit, vel capere fecit, aut incarcerauit, quia, ſi non habebat licentiam, excommunicatus eſt.

Si de electione cuiuſcunq; p̃lati ſe intromiſit, vt.ſ. quem vellet, prelatum eligerent. Et ſi propter hoc eorum monaſteria, vel loca grauauit: quia aſſentire noluerunt, excõmunicatus eſt.

Si propter hoc ſuis ſubditis vetuit, ne eiſdem eccleſiaſticis neceſſaria redderent, aut eis in neceſſarijs ſeruirent: quia ei an

nuere

nuere in electione noluerunt, ex communicatus est.

Si iuspatronatus alicuius ecclesiæ, vel alia bona ecclesiastica, sibi vsurpauit, excommunicatus est.

Si aliquod munus recepit, vt supplicaret prelatis pro aliquo beneficio conferendo.

vt 1.q.3. per totú. Si pro suis consanguineis, vel amicis, indignis personis procurauit conferri beneficia ecclesiasti. simoniam commisit.

Si imposuit taleas, vel collectas suis perso. ecclesia. sine licẽtia Papę quia, si admonitus nõ desiistit, in excommuicationem incidit.

vt de cõ fe.dist.2. ad nuptiarum. Si res ecclesiasticas vtpotè paramenta, cortinas, tapetes in suos nuptiarum vsus accepit, malè fecit, quia non licet.

Si aliquam præsumpsit vendere ecclesiam, quia simoniam

com

commisit, & vēditio illa locum non habet.

Si in ecclesiis posuit stipendiarios, vel equos,

Si ecclesias in bello, etiam iusto, incendit, vel vastauit, quia ad emendam, secundum Hosti. tenetur.

Si bona ecclesiastica, vel personarum ecclesiasticarum, tempore belli abstulit, quia ad restitutionem tenetur, nisi auctoritate papæ, vel prȩlati, fecisset.

Si in bello ad ecclesiam confugientes per vim extraxit, quia non licet, nisi ecclesia fuisset castellata.

Si in ecclesia, placita, fieri fecit, et quàm maxime vbi de sanguinis causa agebatur, quia omnino non licet. Vt extra eo. ca. ecclesia.

Si etiam ibidem strepitus iudiciorum secularium, vel eorū processus, fieri voluit, quia ipso iure Extra eo. lib. 6. c. decet domū

iure nihil valuerunt.

Si malefactores in ecclesia, vel domo episcopi, seu monaste rio, aut prædictis locis adherenti, capere fecit, quia non debuit.

DE EORVNDEM Dominorum excommunicationibus.

SI sententias excommunicationis, vel interdicti, non curauit, aut excommunicatus in diuinis participauit, quia mortalissimum fuit.

Si propter eius defectus, ipsius ciuitas, vel dominium inter dicta aliquando fuerunt, quia etiam grauissimum est.

Extra eo. c. quicunque.

Si, propter excommunicationem, in se, vel suos, latam, aliquẽ grauauit sacerdotem sacerdoti attinentem, in nouam iterum in

cidit

cidit excommunicationem.

Si nouas constituit gabellas, vel pedagia, non habens super, hęc à maiorib. suis auctoritatẽ, excom. est in Bulla cęnę Dñi. vt in cle. de immu.

Si etiam antiqua augmentauit sine licẽtia, similiter excõicatus est, & satisfacere tenetur. vt extra de tre. & pa.c.innouamus. lib.6.cap. quãquã.

Si à personis ecclesiasticis, pro suis reb.quas deferũt, vel deferri faciũt, vel transmittũt non causa negociationis, gabellas extorquere fecit, excõicatus est, tã ipse, quàm gabellarij.

Si nauigantes deprędari fecit, vel factum ratũ habuit, quia in papalẽ incidit excõicationẽ.

Si res naufragantium, ad portus suos delatas, sibi retinuit, qa vltra rapinæ peccatum, in excõmunicationis sententiam incidit, nisi ablata restituit.

Si contra immunitatẽ ecclesiasticam aliquem per vim de ec

clesiis extrahere fecit, quia vltra sacrilegium, excõmunicationi subiacet.

Si priuilegia ecclesiasticarum personarum violauit, excommunicatus est.

Si represalias contra ecclesiasticas personas concessit, excommunicatus est.

Vt extra de homi. lib. 6. c. p humani. Si probauerit aliquem occidi facere per assassinos, etiam in excommunicationis, & depositionis sententiam ipso facto incurrit.

Si se subtraxit ab obedientia Re. ponti. excõmunicatus est.

P E C C A T A in Bello contingentia.

SI contra aliquos, sine legitima causa, bellũ mouit, mor. pec. & de damnis datis satisfacere tene

re tenetur.

Si etiam bellum iustũ mouit, sine principis sui licentia, seu ecclesiastici, seu secularis, grauiter peccat. Vt 23.q. 1. qd culpatur.

Si aliquo malo fine bellum mouit, quia non licet nisi pro repetitione rerum suarum, vel sue patriæ defensione. Vt 23.q. sti.2.

Si potius vindictæ causa, quã ad propulsandã iniuriã, mouit, grauiter peccauit. Vt extra de homi. c. significasti.

Si in bello guastum insontibus dedit, quia satisfacere tenetur.

Si noua propugnacula in alterius iniuriam erexit.

Si diebus festiuis, sine magna necessitate, bellum gessit.

Si hostem, vltra suum damnum, damnificauit, quia non licet.

Si ipse damnificatus sua auctoritate rem damnificantis abstulit,

ſtulit, quam damnificans ei accommodauit, quia non licet.

Vt extra de tre. c. Innouamus. Si in bello ſpoliauit clericos, religioſos, peregrinos, romipetas, mercatores, agrorum laboratores, & ſimiles, quia omnino non licet.

23.q̃ſt.1. Si promiſsiones, quas in bello ſpoponderat, non obſeruauit, & infidelis extitit, mor. pec. & reſtituere tenetur ablata.

Si etiam mouit bellum iniuſtum, quia non ſolum aduerſarijs tenetur: ſed etiam ſubditis ſuis de vaſtationibus, & de damnis habitis, tenetur ſatisfacere. Et hoc, ſi ipſi ſubditi, bona fide, vel coacti, fecere.

Si in bello iuſto, animo craſſandi, vaſtationes, & damna hoſtibus intulit, cum aliter ſibi conſulere potuiſſet, ſatisfacere tenetur.

Si homines in bello captos

crude

crudeliter affligere fecit, vt gran des taleas facerent, mor. pec.

Si domos incendit, vel destruxit, gratia habendi ferrum.

Si inimicorum bona militibus suis in prædam, & direptionem dedit, & contra eosdem crudelitatis, & inhonestates multas fieri præcepit, vel permisit.

Si mulieres, & adolescentulas violauit, vel violari permisit.

Si in ecclesiis, vel monasterijs effudit sanguinem, vel pollutionem, vltra mortale sacrilegium, illam ecclesiam suis expensis reconciliari facere tenetur.

Si per vim, vel per furtum aliquid de ecclesia auferri fecit, atque ibidem mortuorum sepulchra aperiri fecit, quia, vltra sacrilegium, esset excommunicatus. Vt extra eo. c. conquestus.

A iudicibus

A IVDICIBVS secularibus.

SI in aliquem iudicandi iurisdictionem sibi vsurpauit, quia semper officium illud exercendo mortaliter peccauit.

Si suę potestatis fines scienter, vel ex ignorantia crassa, excessit mort. pecc.

Si ad suum tribunal personas ecclesiasticas trahi fecit, quomodocunque excommunicatus est.

Si impediuit, aut turbauit iurisdictionem episcoporũ, excõmunicatus & hodie per Bullam in cęna domini.

Vt extra đ iniuriis & damna, cap. si culpa.

Si dolo aut sua ignorantia, iniquam tulit sententiam, quia, vltra mortale, ad totũ lęsi interesse tenetur, ac ẽt, secũdum leges, multas pęnas sustinere đberet.

Vt 1. q. 1. iubemus.

Si accepit pecuniam, vt male iudicaret,

iudicaret, quia, vltra mor. salarium reddere tenetur, non tamē illi, qui dedit, sed læso.

Si accepit aliquid, vt iudicaret, vel vt non male iudicaret, tenetur restituere illi, qui dedit. 2.q.3.c. q recte.

Si recusauit omnino iudicare, cum deberet, & propter hoc aliquis suum amisit ius, læso satisfacere tenetur. 23. q. 2. dominus.

Si ignarus, et impitus, de iudicijs se intromisit. m. pec.

Si per negligentiam studendi, quis suā perdit causam, quia, secundum canonistas, satisfacere tenetur.

Si suā habens prouisionem, aliquid pro causis exegit, iniustè accepit, & ideò restituere tenetur. Vt 23.q. 1.cap.Militare.

Si etiam oblata sponte recipit: quia non debuit, propter suspitionem, veruntamen restituere non tenetur.

Si

Si delegatus, à partibus aliq. d accepit, quia non nisi moderatas expensas in causa sibi commissa accipere potest, secundum Ray.

Vt extra de accu. c. si legitimus.

Si sine accusatione aliquem iudicauit, grauiter pecc. cum nõ debuit.

Si delicta reliquit impunita, malè vtique fecit: cum ex officio teneretur vnicuique ius suũ reddere.

Si fuit aduocatus in causa, in qua erat iudex, quia non potuit duo simul officia exercere.

Si contra ius dilationes fecit; & si ordinem iudiciarium non seruauit, mortal. pec.

Si aliquam partem contra iustitiam grauauit.

Si appellationes legitimas non admisit.

Si aliquibus locum appellandi dolosè dedit.

Si

Si, post legitimam appellatio nem, nihilominus in eam causam processit.

Si allegationes friuolas admi sit, quia non licet.

Si fecit oppositiones, et inqui sitiones, ad quas reus responde re non tenebatur: et quam ob causam fecit.

Si debitas pœnas auxit, vel minuit, cum non posset.

Si secundum allegata,& probata, licet contra veritatem, iudi cauit, sciens pro certo innocentem fore condemnatum, varię in hoc sunt doctorum opiniones, sed in hoc Tho. potissimũ, iudicem excusatum habet, licet alij multi aliter sentiant.

Si omisit facere condemnationes expensarum, ipse de suo parti refundere tenetur,& maxi mè si à principio petitæ fuerunt.

Si in dubijs magnis peritos

consulere neglexit.

Si sine magna indigentia, & cum fraude, assessorem accepit, quia nec debuit, nec potuit: nisi de suo soluat.

Si personas ecclesiasticas iudicauit, grauiter pec. cum nullá in ipsas habeat iurisditionem;

Si religiosum pro aduocato admisit, non licet, nisi demandato superioris, & solum in rebus monasterij, & ad pias causas.

Vt 16. q. 2. ca. Monachi.

Si etiam clericum admisit, cum non debuit, quia nisi in causa propria, & pro miserabilibus personis, aduocare non potest.

Vt 12. q. 5. c. administrationes.

Si personas ecclesiasticas, aut pupillos, & viduas non defendit, & eisdem de iustitia, & aduocatis, non subuenit, gra. pec. & de suo ipse eorum damnis satisfacere tenetur, secundum Canones, ac etiam secundũ leges.

Si simoniacè, aut alio quo-

cunque

cunque modo, iudicandi habuit iuriſdictionem, mor. pec. Vt extra Ne prelato.

Si etiam de aliqua quota, pro uentus, vel lucri conuenit, ſimoniam commiſiſſe videtur, ſecũdum Hoſtien.

Si miniſter iudicis exiſtens, ſcienter iniquã ſententiam man dauit executioni, grauiter pec.

Si fraudulenter, pro teſtimonio ferendo, aliquam ad ſe vocauit mulierem, nõ ſolum mort. pecc. ſed & ipſo facto excõmunicatus eſt. Vt in c. mulieres de iu. lib. 6.

Si in domo ſua baratariam tenuit, quia vltra mortale, etiam, ſecundum leges, grauiter venit puniendus.

Si ſine pręcedentibus inditijs alicui torturam fecit, mortaliter peccauit, et ad reſarciendum damnum lęſo tenetur.

Si etiam torſit, quem de iure torquere non debuit: ſicut illũ,

qui erat minor.xxiiij. anno. vel ſi torſit modis indirectis, videlicet dando eidem falſa ad comedendũ, vt ſiti cruciaretur, mor. pec.

Si propter lucrum, in aliquo contractu mulieris, vel pupilli, in eorum damnum, ſuam interpoſuit auctoritatem, quia, vltra mortale, tenetur de damnis.

Si, vt pecuniam extorqueret, aliquem arreſtauit: aut eius bona per officiales ſuos deſcribere fecit, aut aliquod aliud fraudulentum modum extorquendi adinuenit, grauiſſ.pec.et omnino ad reſtitutionem tenetur.

Si & ipſe prouinciam malis hominibus non purgauit, quia ſibi omne malum imputatur.

Si propter lucrum ſententias in longum protraxit, quia non ſolum mor. pec. ſed & omnem pecuniam reſtituere tenetur, ac

etiam parti lęsæ satisfacere tenetur.

Si in sententijs aliquibus vnquam aliquas clausulas obscuras apposuit, vt ille, contra quē daretur sententia, non posset se defendere, quia, vltra mor. tenetur satisfacere parti lęsæ.

AB ADVOCATO.

SI scienter iniustam, aut suspectam, defendit causam, quia vltra mor. lęso satisfacere tenetur, secundum theologos, in. iiij.

Si inaduocando produxit falsa instrumenta, vel falsos testes, aut falsas allegationes allegauit, mor. pec.

Si in dispendium, & grauamē alterius partis, non necessarias quæsiuit dilationes, & terminos, vt videlicet petendo testes Vt 3. q. 3. c. spaciū.

à patria alienos, & similia, quia malè fecit.

Si etiam alio aliquo modo adversario bonam causam abstulit: videlicet faciendo oppositiones duplices, cauillosasq;, ac dolosas. vltra mor. tenetur de omni damno.

3. quest. 7.c. si qs aut ēt tenet. Si non fideliter causas, secundū iustitiam, defensauit, & fauit: quia, secundùm canones, & etiā secundùm leges, tenetur ad damna, & interesse.

Si suis dolis, & fraudibus, administrationem alicuius tutoris impediuit, faciens eum accusari pro suspecto, & similia, quia de eius damno tenetur, secundum Monaldum in sua summa.

Si aduersario secreta sui clientuli prodidit, mor. pec.

Si etiam alio modo suo clientulo causam perdere fecit, vltra mor. tenetur &c.

Si propter suam imprudentiam, vel negligentiam studendi, clientulus suus causam perdidit, vltra morta. ad satisfactionẽ tenetur.

Si cum multo litigantium dãno ĩmoderatũ quęsiuit salariũ, quia, vltra mor. ad restitutionem tenetur, secundum Tho.

Si cum suo clientulo de quo ta aliqua vllum vnquam fecit pactum, malè vtique fecit, propter malum exemplum. Vt 3. q. 7. paragrapho arcẽtur.

Si induxit clientulum suum ad negandam omnem veritatẽ, aut, vt falsos testes induceret, secundum Host. de omni interesse tenetur.

Si in allegationibus, & aduocationibus suis, procaciter nimiũ se habuit: quia, vltra graue pec. eius processus, secundum canones, efficitur nullus. Vt 5. q. 4. c. in loco.

Si diebus festiuis, propter lu-

crũ multum, in his se occupaue rit, grauiter pec. & illud erogare tenetur.

Vt 86. di sti. c. nõ satis.

Si in causa miserabilium, & pauperum personarum, propter cupiditatem, patrocinium prestare recusauit, malè fecit, quia tenetur ad hęc potissimum, sicut etiam in alijs operibus misericordiæ.

Quia tenetur ad resti.

Si in causis fęneratricibus aduocauit, vel consuluit.

Si dictauit instrumenta sub vsuris: quia etiam secundum leges efficitur infamis, & in vtroque mor. pec.

Nota.

Si aduocando, solùm ad ordinem iudiciarium, & non ad merita causæ attendit, non excusatur à mortali, & ab obligatione restitutionis damni.

Si defendit causam iniustam quo ad merita, quantumcunq; ad modum procedendi sit ordi-

nata,

nata, quia ordo non est inuentus, nisi propter vitandas deceptiones.

Si inhibitus à iure aduocauit mor. pec. quibus autem inhibeatur aduocare, habentur in canone, tertia quest. 1. c. Infames, nõ tamen omnes mor. pec. sed solũ excommunicati, & hęretici; atq; infideles, quia nullo modo aduocare debent, nec possunt. Vt 12. q. 3. c. excõmunicatus.

A NOTARIO, & procuratore.

SI imperitus exercuit tabellionatus officium, videlicet malè dictando vniuersa instrumenta, prætermittendo debitas clausulas, propter eius ignorantiã, mortaliter peccauit, & de omni damno læsis satisfacere tenetur, etiam secundum leges.

Si aliqua falſauit inſtrumenta aliquid addendo, vel diminuendo, mor. pec. & ſecundum leges, de omni damno ſatisfacere tenetur: & ſecundum easdem, mortis pœna, vel amputatione manuum, venit puniendus.

Si aliquod confecit teſtamentum, vel aliud quodcunque inſtrumentum, eius videlicet, qui erat mente captus, qui rationis vſum non habebat, mor. pec. & de damnis & litibus inde ſecutis ſatisfacere tenetur.

Si fecit contra iuramenta notariorum, aut non obſeruauit, quæ in creatione ſui tabellionatus facere iurauit, quia periurus fuit.

Vt in cl. ex.graui. c.de vſuras.

Si in fraudem vſurarum aliqua dictauit inſtrumenta, vel etiam contra libertatem eccleſiaſticam, vltra mor. in excommunicationem incurrit.

Si

Si etiam ſcienter confecit inſtrumentum, aliquod vſurariũ, periurus eſt, ſecundum Hoſt. nec amplius inſtrumenta conficere poteſt. Vt ex. de teſti.

Si malitiosè publica inſtrumenta occultauit, vel deſtruxit, vel ipſa alteri parti dedit, vltra morta. de omni damno tenetur.

Si diebus feſtiuis, ſine magna neceſsitate, ſed lucri cauſa, inſtrumenta cõfecit, vel extendit, mor. videtur. Vt extra diferri. c. 1.

Si in eccleſiis ea dictauit, et publicauit, malè fecit, & ſecundum ſtatuta ſynodalia, in ſententiam excõmunicationis fortaſſe incurrit.

Si pro inſtrumentis ſuis immoderatum ſalarium accepit, quia reſtituere tenetur. Vt nota. in ſpe. de ſala. paragrapho, 2.

Si nõ poſuit inſtrumenta ſua in protocollis ex negligentia, morta. videtur, propter pręcep-

 tum,

tum,& periculum amiſsionis eorundem, vnde lęderetur proximus.

Si non ſe benè informauit in renunciatione alicuius iuris, ponendo in inſtrumento partem, quæ erat ignara, quia tenetur ei de damno, eo quia fuit cauſa deceptionis proximi.

Si à pauperibus rogatus facere recuſauit, quia tenetur, ſecundum quod dictum eſt ſupra de aduocato, & iudice.

Si legata ad pias cauſas facta non manifeſtauit ex malitia, in excommunicationem incidit, ſecundum ſtatuta ſynodalia.

Vt extra eo. c. 1.

Si extitit notarius epiſcopi, & pro ſcribendis ordinandorum nominibus aliquid exegit, ſymoniam cõmiſit, ſi ſalariatus erat.

Concili. Trid.

Si vero nõ erat ſalariatus nõ poteſt accipere niſi vnum realẽ.

Si etiam extitit procurator, &

& iniustam causã defendit, mortaliter peccauit.

Si in officio suo infideliter, & negligenter, se habuit, grauiter peccauit.

Si in positionibus ponendis, vel responsionibus periurauit, aut alicuius periurij causa fuit, mor. pecca.

Si causas suas non defendit per media iusta, sed indebita, vt putà cũ mendacijs, & periurijs, & huiusmodi, mort. pecca.

A MAGISTRIS scholariũ seu pręceptoribus.

SI indoctus, & ignorans præsumpsit doctrinę cathedrã exercere, quia, vltra mortale, salarium restituere tenetur.

Si non debitam solicitudinẽ in discipulorum profectum adhibuit.

hibuit.

Si non vtilia,& neceſſaria docuit.

Si ſe alijs negocijs occupauit, & implicauit.

Si alijs præceptoribus ex inuidia detraxit, aſſerendo eum ignorantiſsimum, & vitioſum, vt ei diſcipulos auferret, morta. peccauit.

Si lucri cauſa notabilem cõmiſit negligentiam, quia ſatisfacere tenetur.

Si malum exemplum ſcholaribus dedit docendo,& legendo turpia,& inhoneſta, & ad turpitudinem prouocantia, cum noſſet, mortaliter peccauit.

Si diebus feſtiuis illos ad prædicationes, miſſas, & ad veſperas non perduxit.

Si de eorum bonis moribus, & diſciplina, non curauit.

Si aliquam collectam ſcholaribus

ribus impoſuit, malè fecit, quia potius, ſecundum Hoſti. deberet de ſuo, prouidere.

Si ſcholares ob hanc cauſam de ſcholis expulit, aut eis libros abſtulit pro eo, quod ei dare nolebant, quod petebat, grauiter pecc. ſecundum canoniſtas.

Si pro feſto celebrãdo, quod à ſcolaribus feſtandum erat, aliquid exegit, vltra mor. ſymoniã commiſit, ſecundum Ray.

Si etiam noluit legere in feſto, quòd de ſe celebrandum nõ erat, niſi data pecunia, ſimilem ſymoniam commiſit, ſecundum Ray.

Si in corrigendis ſcholaribus nimiũ furibundus fuit, eos atrociter verberando, gra. pecc. quia talia eis non permittuntur.

Si clericum in minoribus cõſtitutum grauiter verberauit, ex communicatus eſt. Vt extra eo. cũ voluntate.

Si

Si ſcholares in ſuis exercitijs occupauit, & eos addiſcere non permiſit, malè fecit.

Si ſe de multis iactauit, vt tales iactabundi facere conſueuerunt, vel ſibi aliorum ſcripta, & virtutes aſcripſit, aliquādo mor. eſſe potuiſſet.

Si in veſtitu nimium pompoſus fuit.

Vt 37. diſti. c. ideo. Si ſcientias prohibitas legit, vel docuit, vt necromantiam, & notoriam artem, & ſimilia mor. pec. ſecundum canones, & ſi habet huiuſmodi libros, omnino non abſoluatur, niſi eos comburat, & hodie eſt excomm.

A SCHOLARE.

SI ſuo magiſtro, vel doctori in his, ad quæ tenebatur, nō obediens fuit.

Si

Si ſectas, & partialitates in vniuerſitate ſuſcitauit,& enutri uit,morta. pecca.

Si alios ſcholares à ſuis docto ribus ſubtraxit, vt ſuum audirent,quia,vltra mortale, ſatisfacere tenetur.

Si rixas,& contentiones cum alijs fecit.

Si lectiones, & ſtudium non ſolicitauit,& nimium ſomnolentus, & negligens, ac vagabundus fuit.

Si in diſputationibus contra veritatē procaciter contendit.

Si de ſuo ingenio, & ſcientia nimium ſuperbiuit, alios vilipēdendo.

Si ad malum finem ſtuduit,videlicet lucri,ambitionis, vel honoris cauſa.

Si actus ſuos in eccleſijs exercuit,quia non licet. Vt ex.de immu. c. docet.

Si in expendendo nimiū prodigus

digus fuit, & inhoneſtas mulieres in domo tenuit.

Si luſit,& veſtes,ac libros perdidit,& miſſas, ac ieiunia eccleſiæ non ſeruauit.

Si poetas, & alios libros ardẽter legit, & parũ delectionibus ſuis curauit.

Si iuramenta ſuæ vniuerſitatis non ſeruauit.

Si in aliquam excommunicationem,ſiue à iure, ſiue ab homine,incidit.

A MEDICO.

SI ſine ſufficienti ſcientia ſe ad practicandum expoſuit, mor.pecc.cum multa damna infirmis tales conferant.

Vt 68.diſti.c.1. Si,cum eſſet peritus,circa infirmos negligentius ſe habuit, grauiter peccauit, quia negligẽ

tia

tia cum ignorantia eiusdem cul pæ existimantur, verum si negligentia fuit parua, non ita peccauit.

Si circa infirmum non debitam adhibuit diligentiam, videlicet visitando eum corporaliter, & eius signa inspiciendo, gra. pecc.

Si suspectas medicinas infirmis dedit, dubitans de earum profectu, mor. pec.

Vt extra de pe. & re. ca. cũ infirmu tas.

Si non admonuit infirmos à principio, vt confiterẽtur, mor. pecc. propter transgreßionem præcepti canonum; (excusaretur tamen à mortali in causa repentina) & hodie sunt per iuri ꝑ extrauag. Pij V. supra gregẽ.

Si infirmis suasit fornicationes, & similia pro sanitate consequenda, mo. pec. Nam in cap. cum infirmitas, ea consilia medicis interdicuntur sub excommu

nicatio

nicationis pœna.

Si quam dedit medicinā, quæ in eius arte non reperitur, mort. pecc. secundum Host.

Si medicinas conficere permisit ex rebus vetustioribus, q̄ virtute carebant, grauiter pec.

Vt 83. di. cap. 1. Si à pauperibus requisitus visitare tenuit, grau. pecc. quia ex debito quasi tenetur pauperibus auxilium præstare.

Si medicinas nimis violentas tribuit, si ex his infirmo nocumentum aliquod tribuit, grauiter peccauit.

Si multos sub cura suscepit infirmos: ita quòd omnibus, vt decebat, subuenire, & visitare non potuit.

Si in medēdo socium habuit iudeum, quia non licet.

Si ab egrotis immoderatum recipit salarium.

Si lucri gratia prolongauit

curam,

curam, mort. pecc. & ſatisfacere tenetur.

Si in dandis medicinis non ſtuduit, ſed ſua practica, aut fantaſia, nimium confiſus fuit, mor. pecca. ſecundum canoniſtas. In ca. de homi.

Si nimis facilis fuit ad inducendum debiles ad frangẽdum eccleſiæ ieiunia.

Si etiam quãdoque ſanis diſſuaſit obſeruare ieiunia eccleſię, conteſtans ea ſibi fore nociua, mort. pec. Vt de pe. diſt. 1. ca. Noli.

Si pręgnanti medicinas dedit, occidendi puerperij cauſa, homicidium cõmiſit. Si fœtus erat animatus. Vt in ca. cũ infirmitas, de pęn. & remiſſ.

Si pręgnanti mulieri conſiliũ dedit, vt aborſum faceret, aut illam ea de cauſa flebotomauit, mor. pec.

Si ſuo iuramento iudici retulit falſum de qualitate vulnerũ, ſi id ob lucrum fecit, vltra mor. ho. c. ſignificaſti.

læſo

læſo ſatisfa. tenetur.

Si non annuntiauit infirmo mortem propinquam propter parentum complacentiam, ita quòd non ordinauit facta ſua. videlicet animæ, & rerũ temporalium, morta. pecc. propter indirectum proximi damnum.

Si alijs medicis ęmulationis cauſa detraxit, vel aliud eis dam num intulit, quia vltra morta. in vtroque ſatisfacere tenetur.

Si ſtatuta medicorũ non obſeruauit, & quæ maximè obſeruare iurauerat mor. pe. & toties quoties &c.

Si ſecando aliquem, ex ignorantia diſpoſitionem non obſer uauit, gra. pec. quia tutius fuiſſet dimittere, quam ſecare, & mor. pec. ſecundum Hoſtien.

Si flebotomando debitam di ligentiam non adhibuit.

Si habens apothecam aromatariam

tariam suos infirmos coegit in ea suas emere medicinas, quia, si ex hoc aliquod infirmis illatum est damnum, de omni damno illato tenetur.

Si visitando mulieres infirmas, non se honestè in tangendo habuit, mor.pec.

AB AROMAtario.

SI res vetustas pro nouis, & malam pro bona, vel certò mixtam pro pura, aut res viles pro preciosis vendidit, quia, vl. mor.tenetur &c.

Si etiam scienter vendidit rē marcidam, vel defectuosam pro bona.

Si in componendis medicinis, vel confectionibus, ea non posuit, quæ medicus ordinaue-

rat,

rat, cum non haberet, gra. pecc. & tàm medicus, quàm ipse; qui ad hæc debitam adhibere debebat diligentiam.

Si inexpertus præsumptuose ad componendas medicinas se posuit.

Si debitam memoriam non adhibuit, ne erraret dando vni, quod conueniebat alteri, quia id graue peccatum, & periculosum est.

Si aromata sophisticauit, commiscēdo res viles pro preciosis, & frequenter tales facere consueuit.

Si vendidit piper pro cynnamomo, vel aquam fontis pro destillata, & similia, quia, vltra morta. de damnis tenetur.

Si in vendendo excessit precium, vt fieri consuetum est, vltra mor. satisfacere tenetur.

Si in vendendo non dedit

ementibus

ementibus pondus suum.

Si periurijs, & mendacijs, ac alijs fraudibus, in arte sua vsus fuit.

Si alicui principaliter pecuniam mutuauit, vt ad suam apothecam ire teneretur, vsuram commisit.

Si monetam falsam, inaduertenter receptam, pro bona expẽdit, malè vtique fecit, quia nullo modo licet.

Si aliquid dedit, vel vendidit, aut docuit, vt aborsum induceret.

Si vendidit venena eis, quos abusuros credebat, mor. pec.

Si diebus festiuis indifferenter vendidit, aut vendere fecit, quia non licet, nisi in casu necessitatis magnæ.

AB OFFICIALI communitatis, vel principis.

Vt 23.q. 1.c. Militare.

SI, ex diſpoſitione ſui maioris aliquid à ſubditis exigens, plus debito extorſit, vltra mor. reſtituere tenetur.

Si officium ſuum non iuſtè, & fideliter exercuit.

Si concuſsionis crimen commiſit, videlicet ſi noluit iuſtitiã miniſtrare, niſi data ſibi pecunia, vel ſi per metum aliquid extorſit, quia vltra, mor. tenetur ſatisfacere.

Si etiam propter pecuniam prætermiſit aliquam iuſtitiam facere, quia illam reſtituere tenetur.

Si inquantum potuit, non obuiauit malis, & damnis proximi, cũ potuiſſet ſine ſui magno periculo,

periculo, mor.pec.& tenetur in solidum.

Si in consilijs cōmunibus, mala, & fraudulenta dedit consilia, propter quæ alicui damnum aliquod subsecutum est, lęsis satisfacere tenetur.

Si ipse existens in consilio cō munitatis, vel principis, vbi aliquod malum deliberatum fuit, quod cedebat in damnum alicuius perso.pu.vel priuatæ.videlicet de imponendis collectis, & similia, si in hoc consensit, tenetur satisfacere læso, si obuiare poterat, & nō fecit, tamen mor. pecc.

Si etiam suo principi aliquid iniustè agenti pro posse in suo officio non contradixit, vltra mor.ipse, de suo, læsis satisfacere tenetur.

Vt Panorm. in c. cū nos, de his q̄ fi a prælatis.

Si alicui iura sua, vel bona ex concesſione literarum principis

 impediuit,

impediuit, vel vsurpauit, vt putà, ne creditores possent suos conuenire debitores, vel suas prosequi causas, & huiusmodi, vltra mor. satisfacere tenetur.

Vt extra de rescri. lib. 6.

Si bona alicuius à principe iniquè confiscata sibi dari fecit, ea retinere non potest.

Si, ex cupiditate lucrandi, apud principem intercessit, vt aliquis iustè condemnatus liberaretur, mor. pec. impediendo iustitiam.

Si possessiones locorum piorum, aliquibus suis circumuentionibus, paruo precio in detrimentum ecclesiæ, sibi vendicauit, restituere, vel de residuo satisfacere, tenetur.

Si etiam aliquas sibi conuicinas possessiones vsurpauit ad inueniendo aliquas occasiones. videlicet calumniando viros dominos apud principem: vt sibi

eas vendere cogerentur, de damnis tenetur.

Si ex adulatione laudauit principem de bono aliquo, quod in eo non erat.

Si etiam laudauit eum de malis ſuis. vt potè, de rapina, luxuria, vindicta, & huiuſmodi, in vtroque mor. pec.

Si principi aliqua perſuaſit, vt à ſuis ſubditis indebitas extorqueret pecunias, mor. pec. etiam ſi princeps non exegiſſet.

Si ciuitates, vel loca ſuæ fidei commiſſa, alicui proditori tradidit, tenetur de omni damno, vero domino. Vt extra de in:u.& dam.c. ſi culpa.

Si non obſeruauit, quæ obſeruare iurauit, mor. pec.

Si emit officium aliquod: aut ſuper illud mutuauit pecunias aliquas: aut pro alijs in hoc mediator fuit.

Si habens ſoluere de pecunia

domini, aliquid pro hac re extor sit. videlicet tantum pro ducato, si salariatus erat, illud acceptum restituere tenetur, aliàs nō.

Si, quos inuenit de nocte contra statuta, non puniuit propter auaritiam, mor. pec.

Si non accusauit, quos tenebatur ex officio, quia si ex iuramento tenebatur, mor. pec. alias non.

A CIVE VERO
sic quęres.

SI otiosè, sine vllo prorsus bono exercitio, vixit, malè vtique fecit, quia otiositas est hominis sepultura, quæ vndique fœtorem exhalat teterrimum. Et ideò tales proijcientur, in tenebras.

Si filios, familiamque totam

ſimiliter ſine aliquo bono exercito viuere, & ſtare, permiſit, quia gra.p.eſt.

Si etiam eorum mala opera, & vitia non caſtigauit, grauiter pecc.

Si ipſe ad taxillos, chartaſq;, ſeu ſcachos, quotidiè quaſi ludit.

Si per plateas; apothecasque tempus ſuum conſumpſit, & ibi dē verba detractoria, & luxurioſa, atque mendacia innumerabilia euomit, ibidē ſedendo tibias commouit, & ſimilia mali exempli opera, acerrimè reprehendendus eſt.

Si in domo quotidiè degens, familiam ſuam clamoribus, & verbis faſtidioſis perturbauit, vt multi facere conſueuere.

Si in commeſſationibus, & ebrietatibus, & dormitionibus ſuperfluis ſe infecit, atque in ta-

libus bona sua inaniter consumpsit, gra. pec.

Si turpes luxurias, & concubitus ab vxore exegit, mor. pec. & toties quoties vt dictum est suprà.

Si verba protulit in domo inhonesta, cum scandalo familiæ suæ.

Si legit potius vana, & inhonesta, quã diuina, & morigerata.

Si alijs voluit prædicare, & docere, quæ ipse agere recusauit.

Si se de pluribus iactauit, quæ in eo minimè sunt, aut vnquam fuere.

Si ex auaritia vxorem ducere recusauit, sed magis aliorũ vxores tenuit, & suas pedisequas violauit.

Si suis colonis, & alijs, pecunias cum aliquo beneficio suo tacito, vel expresso mutuauit,

vsuram

vſuram commiſit, ſecus ſi auxilij gratia, non lucri, id feciſſet.

Si ruſticis bladum, quando vile erat, mutuauit, accepturus tantundem, quādo eſſet carius, vſuram commiſit, ſi id ſolum lucri cauſa fecit.

Si ruſtico pecunias accōmodauit, pro Gualdo, vel aliud ſimile, ſeminando in agro proprio, accepturus immoderatos prouentus, ſatisfacere tenetur de iuſtitia, ſed in hoc prudenter intellige benè conuentiones inter eos licite factas.

Si ſuos colonos indebitè aggrauauit vecturis ſcilicet, & alijs ſeruitijs, vt multi perſepè faciunt, quia ſatisfacere tenetur.

Si eorum filias, vel ſorores, aut vxores multis promiſsionibus decepit, vel alijs modis ſeduxit, quia eis de pudicitia ſublata tenetur ſatisfacere.

Si equos suos, & alia animalia super communi prouentu depascere, vel enutriri voluit, sine alia recompensatione sui coloni, satisfa. tene.

Si etiam porcos, pullos, anseres, & pauones, aut anates, expensis sui coloni enutriri voluit, magnam iniustitiam commisit.

Si aucupando, vel venando, quotidie per aliorum blada cũ equis pertransiuit, & eorum semina conculcauit, graui. pecca.

Si colonos, & famulos suos, diebus festiuis, sine auditione missæ hincinde transmisit, mortaliter peccauit, si sine mag. necess. id fecit.

Si decimas, vt tenetur, non soluit integrè, mort. pec.

Si emit boues, vel oues, aut porcos à paũperibus, quos sciebat, vel dubitabat non habere, atque ità eos non extantes eisdem

dem insocidum, aut pro annua pensione locauit, vsuram fecit.

Si etiam scienter fructus terrę emit ab illis, maximè qui terras minimè habebant, vsuram commisit.

Si alia ad socidum dedit, capitali omnino saluo, vsurā fecit.

Si pecuniam apud campsorē, vel artificem posuit, non intendens, nisi de lucro tantum, participare, vsuram commisit, secundum omnes. In 4.dist. 15.

Si pertractando aliorum bona, vtpotè communitatis, hospitalium, pupillorum, non iustè, & fideliter egit, mor. pec. etiam quasi de leui culpa.

Si pecunias sibi pro aliquo bono, vel vtili reipu. datas, in suam vtilitatem expendit, aut sibi retinuit, vltra peccatum, in duplo restituere tenetur.

Si exigendo aliquas suæ com

munitatis collectas, aliquid sibi retinuit, vltra mor. secundum leges, in duplum satisfacere tenetur.

Si aliquod pignus accepit, & illo in sui vtilitatem vsus fuit, vel alteri accōmodauit, sine voluntate domini, furtum cōmisit.

Si aliquod extruxit edificium in damnum, & iacturam vicini sui, videlicet priuando domum alterius lumine, aut alterius venas aquæ amputauit, siue supra alterius murum ædificauit, & similia; satisfacere tenetur, aliter mor. pec.

Si columbaria sine pastura, in damnum aliorum tenuit, malè fecit. vt dictum est supra.

Si canes, vel alia animalia educauit, qui anseres, & porcos, & agnos pauperum occidunt, ad damni estimationē tenetur.

Si existens administrator, vel

rector

rector alicuius loci pij, non prouidè eorum bona, & iura, gubernauit, & rexit; aut prouentus illius, quibus debuit, non dispensauit, mor. pec. & dictum est supra.

Si de bonis eorum locorum piorum inuentarium non fecit, & maximè, si, super hoc, iuramẽtum sibi præstitum fuit, grauiter pecc.

Si prouentus ipsorum locorum piorum in proprios vsus conuertit, malè vtique fecit, quia nullatenus, licet, & de damnis tenetur.

Si propter negligentiam suam, bona, & iura ipsorum locorum deperdita sunt, magnum pec. commisit. Vt 11. q. 4. ca. Quicunque.

Si ex sui negligentia collapsæ sunt domus, & ipsorũ ædificia, vltra peccatum, tenetur satisfacere.

Si ex tali adminiſtratione ali qua vnquam à pauperibus acce pit munera, malè fecit, & in aliquibus locis eſt excommunicatio contra tales.

Si extitit eſtimator patrimoniorum ciuium ſuorum, vel diſtrictualium, odio, vel inuidia, aut dolo plus, minuſue eſtimando, proximum, vel rempub. damnificauit, mor. pec. & de damno ſatisfacere tenetur.

Si in ponendis collectis, vel oneribus ciuitatis, aliquem plus iuſto grauauit, vltra mortale, ſatisfacere tenetur.

Si exiſtens elector gubernatorum ciuitatis, aliquem ex odio nominauit, ſciens eum legitimã habere excuſationem, & ſi hæc fecit, vt haberet cauſam eum vexandi, vltra mort. tenetur ad omnes ſumptus litis quos fecit in cauſa illius appellationis, &

hoc

hoc, eſt ſecundum leges.

Si exiſtens in conſilijs communitatis, conſenſit alicui malo, vel dedit fraudulentum conſilium, graui. pec.& leſis ſatisfacere tenetur.

Si bona communitatis ſuæ dilapidari permiſit, aut in inutilibus commiſsionibus expendi, malè fecit.

Si partialis fuit,& cum partialibus ſe commiſcuit, aut de partialibus libenter audiuit, quia grauiſsimum pec.fecit.

Si nouitates guerrarũ & alia noua libenter audiuit, & in his confabulationibus tempus contriuit.

Si accepit in vxorem, vſurarij vel raptoris filiam, quos ſciebat nihil præter vſuras habere, quia ipſam dotem ſic acceptam reſtituere tenetur, non autem vſurario, ſed creditoribus.

Si ipse vxorem suam in fraudem creditorum dotauit, satisfacere tenetur, aliàs, tam vxor, quàm ipse, fur est, & latro.

Si decepit, vel fraudauit fratres, aut nepo. suos, de bonis paternis.

Et de multis alijs ciues interrogare poteris, prout tibi videbitur.

A MERCATORE autem inquire sic.

Vt extra de iudeis c. ad liberandam.

SI aliquas mercantias mauris, siue turcis, sine licentia papę misit, excommunicatus est, aliquæ tamen communitates super his licentiam habent.

Si principaliter propter auaritiam, & diuitiarum congregationem, negotiatus est, mor. pe. & maximè, si in lucro finem posuit

ſuit, & lucrari intendit per fas, & nefas.

Si cum alijs mercatoribus cõ uenit, ne tales res, vel merces, minori venundentur precio, quàm inter eos conuentum ſit, &, ſi pretium illud ſit exceſsiuũ, prohibitum eſt, etiam, ſecundum leges.

Si merces maiori precio ven didit, quàm valebant, non tantùm ex eo, quod ei terminum ſe cit, ſed quia eidem aliam pecuniam mutuauit, mor.pec. & vſu ram commiſit occultam.

Si ad terminum vendidit, & exceſsiuum precium excerpſit, maximè propter dilationis terminum, vſuram commiſit.

Si carius in eodem loco, & die, vendidit, quàm emit, malè fecit.

Si ab ignorante res emit multò minori precio, quàm vale-

bant,

bant, si scienter hoc fecit, mor. pec. & satisfacere tenetur.

Vt in c. plériq; 14.q.3. Si pecuniam artifici ad exercendum dedit hoc pacto, & intentione, vt in omni euentu capitale sit saluum, vt aliquam lucri partem haberet, vsuram commisit.

Si cum aliquo aliquod fecit barattum, & sua multo magis appreciauit, quàm quę erant alterius, iniustitiæ crimen commisit, & mor. pecc. nisi & alter eandem sibi iniustitiam fecisset.

Si socios in communi societate decepit, retinens sibi aliquod lucrum, mor. pec. & satisfacere tenetur, nisi certus fuisset de illorum deceptione.

Si in rebus societatis non ità diligẽs fuit, sicut debebat, grau. pec.

2.q.1.Nouum. Si exercuit mercaturam, quæ de sui natura illicita erat, non excusa

cuſatur à mortali, quia quæcun que peccata, quæ earum occaſio ne facta fuere, eidem aſcribuntur.

Si fraudauit, vel fraudari fecit, iuſtas gabellas, & pedagia, dicens, vnam rem aliam eſſe, vel aliud eſſe pōdus, & ſimilia, quia, vltra mortale, tenetur ſatisfacere.

Si falſas expendit monetas, mor. pec.

Si illas totondit, quia, vltra mortale, in maximam incurrit pœnam.

Si aliquam fraudulentam fecit ſecuritatem, peccatum eſt, aſſecurando autem merces per mare, vel per terram, ſi aliquid inde recipit, nō eſt malum, quia ſe periculo exponit.

Si fraudem in ponderibus, & menſuris, fecit, mort. pec. & ſatis facere tenetur, aut amore dei

eroga

crogare.

Si pro rebus acceptis, suis cre ditoribus in termino, & loco nō soluit suū, ad intei esse tenetur.

Si suis mercenarijs mercedē laborum suorum reddere distulit vltra terminum suum, aut eis aliquid de precio conuento sub traxit, vel eis aliquid falsum dedit, satisfacere tenetur.

Si eis non dedit pecunias, vt promiserat, sed pannum, sericeum, vinum, bladum, & similia, illicitè egit, maximè si contra eorum voluntatem, & damnum, id fecit.

Si mercaturam exercuit diebus festiuis, mor. pec. nisi fuissent nundinæ, quia tunc audita missa licet. cū licētia tñ episcopi.

Si diebus festiuis ratiocinia fecit, vel fieri mandauit, aut literas multas scripsit, & nuntios citrò, vtròque mandauit, mor. pec. nisi

magna

magna fuiſſet debitorum neceſſitas.

Si in loco ſacro emit, vel vendidit, malè vtique fecit cum omnino ſit prohibitum. Vt 42.di. cap. Nõ oportet.

Si negociando vſus fuit mendacijs, periurijs, iuramentis, & deceptionibus, quia in vltimo ſemper eſt mortale, in alijs verò aliquando eſt mortale, & aliquando veniale.

Si propter lucrum ſcienter ſe morti periculoſæ expoſuit, mor. peccat.

Si pecuniam aliquando ſub nomine depoſiti accepit reſponſum, depoſitando ſex pro centenario, & inde ipſe ex illis lucratus eſt in malis contractibus decem, & plus, pro centenario, duo commiſit mortalia vnum in mutuando, & aliud in vſurã accipiendo.

Si exiſtens in aliqua ciuitate omnes

omnes inarrauit,vel emit, illius ciuitatis mercaturas, vt putà aromata. cotonum,lanas, sericum, ceram,& similia, ex eo quòd audiuit similes merces illuc venientes fore demersas, grauiter pec. & secundum leges exilij pœna mulctandus esset.

Si res raptas per mare, vel per terram, emit, restituere tenetur.

Si scienter malorum contractuum mediator fuit, mor. pec. & ipse de suo læsis satisfacere tenetur.

Si in alijs contractibus mediator fuit, putà vendendi domos,agros,pannos, animalia,& similia,& emptori, ac venditori malè consuluit, tenetur satisfacere.

Si etiam matrimoniorum mediator fuit,& multa ibidem mendacia in præiudicium alterius

partis

partis dixit, mor. semper pec.

Si se ad partes longinquas per multũ tempus absentauit, & vxorem iuuenem dimisit, nõ videtur excusari à mortali, propter priuationem prolis, ac, quia vxori occasionẽ mali præstitit. Notent viri.

AB ARTIFICE, & Mechanico.

SI fecit artem omnino illicitã, vt taxillos facere, seruire vsurario, vel piratis in arte sua, aut militi in iniusto bello, vel lenoni in lenocinio, mor. pec. nec absoluendus est, nisi omnino dimittat.

Si artificium aliquod fecit, quod, & ad bonum, & ad malũ vsum est indifferens, vt facere balistas, sagittas, lanceas, gladi- venena, & similia, si ea ad ma Vt 2. q. 1. c. Notũ.

lum

lum finem ſcienter fecit, mor. pec.

Si in arte ſua mendacia ſcienter dixit, aſſerendo ſe in tali arte forte peritiſsimum, ſi ex tali ignorantia aliquem læſit, mor.pe. & omnino læſis ſatisfacere tenetur.

Si etiam in arte ſua mendacia dixit, ſi ex hoc non intendebat nemini nocere, ſed ſe indemnẽ cuſtodire veniale fuiſſet, ſed quando talia in conſuetudinem deduxit, mor.p. ſemper eſt, ſecundum Hoſtiem.

Si adinuenit modum falſandi menſuras, vel pondera, & illis vſus fuit, mor.pec. ſemper, & ſatisfacere tenetur.

Si humectauit merces, vt ponderoſiores eſſent, mort.pec. & tenetur.

Si aliorum exrcitia, vel opera aut merces diffamauit, vt ſua melius

melius venderet, & ad suã apothecam traheret.

Si nouitatum inuentor fuit, & alijs peccandi occasionem dedit, secundum Tho.

Si aliquem in arte sua decepit, qui videlicet suę fidei fideliter se commisit, mor.p. & satisfac.tenetur.

Si signum alterius artificis nominati sibi assumpsit, cum ipse non fuisset ita bonus, grau. pec. propter deceptionem, vt dictũ est supra in ramis auaritiæ.

A LANIFICE
autem quære.

SI dolum in arte sua aliquando fecit, non faciendo pannos in sua bonitate, & eos tanquàm pretiosos vendendo, satisfacere tenetur.

Si eos debito modo tingere non fecit, aut eorum tincturas sophisticauit, quia, vltra mort. & læsis satisfacere tenetur.

Si pannos vltra mensuram artis trahere fecit, & eos pro bona mensura vendidit, læso, satisfa. tenetur.

Si caligas, vel alias vestes vendidit de panno non balneato cũ magno ementium incõmodo, grauissimè pec. tum propter dãnum, tum etiam propter ementium perturbationem.

Si vendidit pannos ad tyratorium laceratos, aut malè textos, & huiusmodi pro bonis, occultans eorum defectus, quia, vltra mor. tenetur satisfacere.

Si tradendo lanam ad filandum, dedit 13. oncias pro libra, malè fecit, & satisfacere tenetur, nisi talis sit mos.

Si dedit laboratoribus solu-

tionem

tionem ſecundum conuentiones inter ipſos factas, vel diminutas, aut dedit panem, & vinum, ſeu pannum, & ſimilia; aut aliquid decerpſit de pondere eorum laboris, iniuſtè egit, & ſatisfacere tenetur.

Si in textura pannorum aliam ſpeciem lanæ miſcuit.

Si operarijs, & creditoribus ſuis, debita ex mercede ſoluere diſtulit:

Si in feſtis lanam lauare, & ad ſolem extendere, ſine magna neceſſ. fecit, & iuſtas gabellas fraudauit.

A B A V R I F I C E, & ferrario.

SI vendidit aurum, vel argentum alchimicum pro vero, quia, vltra mor. tenetur damnifi-

catis satisfacere, secundũ Tho. verùm, secundum quosdam doctores, si posset expendi sine aliqua falsitate formæ, non peccaret.

Vt 10.q. 2.ca. hæc ius.

Si emit calices sacros nõ conflatos, & alios ecclesiasticos thesauros, quia non licet, cum prohibitum sit.

Si emit aliquid furatum, vt annulos, zonas, cyphos, & similia.

Si conflauit, vel totondit monetas, quia graue peccatum est.

Si vendidit lapides annullorum, vel iocalium, falsos pro preciosis, & bonis. vel aliud in operibus suis occultauit, vt ponderosiores essent, quia, vltra mor. satisfacere tenetur.

Si emit lapides preciosos pro vilibus ab his, qui ignorabant, satisfacere tenetur.

Si ipse campsoris officium exercuit, quia omnino non licet.

Si

Si in vendendo, & emendo dedit vnicuique ſuum pondus, vel non ſeruauit iuſtitiam.

Si cudit monetam ſine licentia principis, mor. pecc.

Si monetã æneam inaurauit, vel inargentauit mor. pec. &, ſecundum leges, multipliciter deberet puniri.

Si de laboribus ſuis exceſsiuũ extorſit precium, ſatisfacere tenetur.

Si ad deceptiones, & fraudes multum inſudauit.

Si in zonis, & alijs rebus inhoneſta ſculpſit, quia graue peccat. eſt.

Si aliorum artificum opera, vel inſignia vituperauit, & ſua ſuper ęthera extulit, male fecit, & ſatisfacere tenetur.

Si diſcipulos ſuos, prout promiſit, nõ fideliter ĩſtruxit in ipſa arte, ac eos inhoneſtè tractauit.

Si gabellas fraudauit, vel fraudari fecit, mor. pec. & satisfacere omnino tenetur. Nam similes, propter commoditatem occultandi res preciosas, de facili in hunc errorem sępe cadunt.

Si ferrum pro calibe vendidit, cum sit ferrarius, tenetur.

Si fecit claues scienter volentibus furari, mor. pec.

Si etiam alia instrumenta fecit ad aperiendũ hostia, vel capsas, mor. pec. cum sciret, aut dubitaret, de malo.

A TABERNARIO, & hospite.

SI vendidit vnam spetiẽ vini pro alia, & illud cũ aqua miscuit, aut nouum pro veteri vendidit, vel in eo aliquid miscuit nociuum.

Si debitas non dedit mensuras, quia & mor. pecc. & tenetur satisfa.

Si totum vinum nō consignauit gabellæ, & si suo iuramento dixit, vas non esse maioris capacitatis, vltra mor. satisfa. tenetur.

Si carnes vnius speciei, dixit esse alterius.

Et comestibilia iam vendita furtim hospitibus subtraxit.

Si fęnum, & bladum de nocte equis subtraxit, vel quid aliud hospitibus subtraxit, vel furatus est.

Si culpa sua perdidit sibi in custodia tradita, quia, si res, vt dictum est supra in auaritia, requirebant diligentem custodiā, satisfa. tenetur.

Si diebus festiuis principaliter propter lucrum vendidit, non curans, de missa, nec de alijs diuinis, mor. pec.

Si vendidit sciēter vinū se inebriare volentibus, mort. pecc.

Vt 2.q.1. c.Notū. Si propter lucrum principaliter tenuit malas fœminas, lusores alearum, latrones, bannitos, & ribaldos, ac barros, atque eis malèfaciendi occasionem præstitit, omnium peccatorum suorū particeps efficitur.

Si carius peregrinis, & ignotis vendidit, quia præcipue eis prohibitū est, vt extra, de emp. & vendi. c. 1.

Si hospitium suum non seruauit mundum.

Si quando fuit in suspitione morbi, propter cupiditatem hospitium viatoribus aperuit, mort. pec.

Si viatores ab hospitijs aliorū deuiauit, vel subtraxit, diffamando, vel vilipendendo eorum hospitia, mortaliter peccauit.

Si collocauit latenter malas

fœminas in lectis hoſpitũ, mortaliter peccauit.

Si equos vitioſos tranſeuntibus fraudulenter locauit, mor. pec. Et ſi propter hoc aliquod notabile damnum ſubſecutum eſt conductori, reficere tenetur, vltra mor. pec. commiſſum.

Si equum vitioſum, vel defectuoſum, ignorante emptore, vendidit, mercatum reſcindere tenetur, & damnum reſarcire.

Si equos locauit carius, quã debebat, viatoribus in magna neceſsitate conſtitutis, grauiter pec.

Si equos, ſibi fideliter commiſſos, malè tractauit, aut eos alijs ad naulum locauit, ſatisfacere tenetur.

A SVTORE quære.

SI propter cupiditatem multa promisit facere, quæ omnino sciebat perficere non posse, malè fecit, & grauiter peccauit.

Si pannum sericum, telam, bombicē, & similia furatus fuit, mor. pec. & satisfacere tenetur, nisi quid minimum fuisset, vel nisi fecisset pro satisfactione suæ mercedis. Attamē malè facit.

Si diebus festiuis, & eorum vigilijs, vsque ad mediam noctē laborauit, vel laborare fecit, nisi fuerit maxima necessitas, à mortali non excusatur.

Si inuestiendo mulieres, inhonestè se habuit, mor. pec.

Si in arte sua nouas portaturas, & minus honestas, adinuenit.

Si propter ignorantiã vestes destruxit, quia de damno, & interesse, damnificatis satisfacere tenetur. Vt in ca. consului sti.2.q.5.

Si discipulos, aut famulos, mercede conductos, non fideliter docuit, aut malè tractauit, vel non soluit, quia, vltra pec. satisfacere tenetur.

Si aliorũ vestes pignorauit, aut alicui accommodauit cum aliquo suo beneficio, satisfa. & luc. perceptũ restituere tenetur.

Si per errorem alicuius vestem alteri dedit, non excusatur, sed tenetur &c.

Si valde impatiẽs circa opus suum fuit, & propter hoc sępius Deum, & sanctos, ac magistrum suum, blasphemauit.

Si pueros, quos conduxit, grauiter percussit, atque eis inhonesta dixit, & maledixit, ac blasphemauit.

AB AGRICOLIS, & ruralibus.

SI propter damna, alijs illata, aliquo modo fuit excõmunicatus, aut cum excommunicatis scienter participauit.

Si omni anno confessus est, communionem sanctam recepit, ac penitentias, sibi iniunctas à cõfessoribus, integrè perfecit.

Si diebus festiuis missam praetermisit, & laborauit, & laborare fecit.

Si confirmatus est, & suos cõfirmari fecit, quia tenetur.

Si decimas debitas nõ soluit, & de bonis nõ dedit, quia mor. pec.

Si parrochiano suo inobediens fuit in his, quae dei sunt, vel ei detraxit, aut malèdixit: aut comminatus est.

Si

Si de agris vicinorum suorũ aliquid furatus est, & maiora furandi intentionem habuit, mor. pecca. & toties, quoties, tenetur resti.

Si sua animalia in alienis pratis, & agris ad pascendum misit. aut ea sine custodia emisit, cum multo damno proximi sui, quia, vltra peccatum, satisfacere tenetur.

Si aliorum animalia, sibi damnum inferentia, interfecit, vel intoxicauit, aut grauiter vulnerauit, quia vltra peccatum, damni estimationẽ resarcire tenetur. Vt ex. de iniust. & dam. da. c. si leserit.

Si nocuit vicino suo per se, vel per familiam suam, frangendo sepes, & succidẽdo arbores, & nemora, aut aquam furtiuè de nocte auferendo.

Si terminos agrorum mutauit, vel aliquid de agro vicini sui ademit, & suo addidit, quia in

omnibus satisfa. te. aliter absoluendus non est.

Si possessiones dominorum suorum non benè tractauit, & eis fructus suos integrè non reddidit; satisfacere tenetur.

Si boues dominorum suorũ non benè tractauit, nimis fatigãdo, & de eis curam non habendo, satisfacere tenetur.

Si arbores domini sui ex possessione sua sine licẽtia succidit.

Si animalia tenens ad soccidum, non respondit integrè de lana, caseo, fętibus, & huiusmodi, dominis suis, quia, vltra furtum, mor. est, & satisfa. tenetur.

Si de tempestatibus, alijsque flagellis, nimium impatiens fuit, & propter hoc de deo turpia dixit, quia, si de liberatè ea dixit, mor. pecc.

Si in laboribus, & cum iumẽtis suis, impatiens fuit, semper

maledicen

maledicendo, iurando, ac blasfe mando, & turpia dicendo.

Si testimonium falsum quoquo modo protulit, quia nõ est absoluendus, cum sit casus episcopalis, nisi omnino satisfaciat.

Si nimium inuidiosus fuit, & propterea vicinos iniustè accusare non erubuit, videlicet apud officiales suos, vl. mor. satisfa. tenetur.

Si non gubernauit benè familiam suam, secundum præcepta Dei, & sanctæ ecclesię Romanę.

Si suo sacerdoti appreciatiue aliquid dedit pro Missis, pœnitentia, benedictione nuptiarum baptism. & extre. vnc. symoniã commisit.

Si aliquas falsas habuit superstitiones, non est absoluendus, nisi omnino dimittat eas, & alias superstitiones numerandas.

Si conductus ad diurnos labores

bores non fideliter, & solicitè laborauit, sed sępius pausauit, & comestiones longas fecit, satisfacere tenetur, licet paucissimi de hoc vnquam sibi conscientiam vllam facere velint.

Si seruiens alicui magistro aliquid sibi occultè subtraxit, satisfacere tenetur.

difti. 41. paragrapho 1. Si potius voluit esse mendicus, & miser, quàm laborare.

Sed & de eorum rixis, contentionibus, maledictionibus, ebrietatibus, luxurijs, choreis, periurijs, iuramentis, imnunerabilibusque mendacijs, ac inhonestissimis verbis, cum omni diligentia inquirere debes, quia rusticorum, vt plurimum, vita, talibus infecta est. Atque de eorum arrogantijs, quia in his impudentissimi, vt plurimum, sunt.

Si facta suæ cómunitatis pertractauit, & in his infideliter se

habuit,

habuit, quotidiè comedendo, & litigandi occasionem semper quærendo, vbi, si expendit vnũ, dixit, se quatuor expendisse. Et, si propter hoc sibi bona communitatis vsurpauit, satisfacere tenetur.

Si ex culpa sua, ipsa sua communitas in generali, vel speciali damnificata fuit, vltra pec. satisfacere ten.

Si sine aliqua necessi. sed pro factis suis, super expensis suæ communitatis absens stetit, vltra pec. tenetur ipsi communitati satisfa.

A DATIARIIS.

SI incantauit gabellas, seu datia illicita, malè vtique fecit, eò, quia de iure diuino, canonicoque, ac ciuili, sunt reprobata; nisi

nisi ex longa consuetudine, aut ab Imperatore fuissent probata; quia si tales gabellas exegit, vltra mor. est excommunicatus, & etiam rest. te.

c. quamquam de cēs. in 6. & etiā in Bulla cęnę Domini.

Si ab ecclesiasticis personis, quibuscūque de rebus ad vsum suum pertinentibus; gabellas exegit, excommunicatus est ipso facto, vt dictum est supra. nec potest absolui, nisi facta restitutione.

Si etiā exegit gabellam à laicis, de rebus, quas portant pro vsu suo, malè fecit, nisi sit approbata consuetudo ad bonum cōmune.

Si extorsit gabellā de rebus, quibus solui non teneretur; vel exegit plus, quàm debuit, mort. pec. & satisfacere tenetur.

Si contra aliquem falsas, & cauillosas adinuentiones adinueuit, scilicet quòd datium frau daue-

dauerit,quia, vltra mor. ten. de omni damno.

Si tamen accepit pœnam à fraudantibus gabellam, non malè fecit,modò non acceperit vltra id,quod ius sibi concedit.

Si socios suos aliquo modo decepit,surripiendo furtiuè pecunias gabellæ,vel cum mercatoribus de aliqua quota conueniēdo,periurus, & falsarius est, & satisfacere tenetur.

In d.cap. quāquā & Pius V.in extrauagadum ad vberes.

Si exegit quatrenum carnis, salis, aut huiusmodi, ab exemptis,& multo magis à Regularibus mendicantibus, quia vltra mortale, esset excōmunicatus, & teneretur ad restitutionem.

Si existens depositarius pecuniarum gabellæ,non fideliter in omnibus se habuit,vltra. p.satis face.tene.

Si malos stratarios posuit,qui impedimenta transeuntibus inferrent,

ferrent, grauiter pecc. cnm talia sibi nota erant.

A IVVENIBVS, tàm feminis, quàm masc. vsq; ad adolescentiam.

SI missam, & prædicatiōnes, & alia diuina officia diebus festiuis, cum potuit, non libenter audiuit.

Si diebus festiuis, tēpus in locis, lasciuis, alijsq; multis peccatis, & lasciuijs omnis generis, cōtriuit.

Si in eccle. sacrisq; locis placita uit, aut aliquid inhonestè egit.

Secundū Abb. in c. olim. de sententi. excom. lib. 6.

Si aliquem percussit clericū, & in minoribus constitutum, excommunicatus est, & si percussio fuit leuis, absolui pōt, de licentia episcopi, vel nisi ipse ab clerico

clerico primum percuſſus, ad ſe, ſuaque, defendendo repercuſsi ſ ſet, quia tunc non fuiſſet excom municatus. Et eodem modo, prouocatus non eſt excommuni catus, ſed peccauit percutiendo.

Si aliquod monaſterium mo nialium, ſciens eſſe prohibitum, aliquando ingreſſus eſt, in excō- municationem incidit.

Si ex mala corruptela ſcien- ter iurauit, vel periurauit, & mē- titus eſt aliquem, ſemper mor. peccat.

Si nullam veritatem in os ſuū permittit ſibi inueniri, & innu- mera cum iuramento dixit men dacia.

Si blaſphemauit Deum, vel ſanctos, aliaſque inferiores crea turas, ac etiam ſeipſum, & ma- giſtrum, & parentes ſuos quoſ- cunque; quia iſta etiam in par- uulis ſunt mortalia.

Si non honorauit parentes su os, auos, patruos, & magiſtros ſuos, & alios antiquos, & honorabiles perſonas.

Si rebellis, & inobediens, ac contumax contra omnes fuit, & maximè matrem, auiam, materteram &c. mor. per ſæpe eſt.

Si ſuperbè nimis contempſit prædictos, & noluit obedire, mor. fuit.

Si in ſcholis, alijsq; locis, inſolens, & rixans, & erga ſocios cõtumelioſus, fuit.

Si malorum reportator fuit, illum dure reprehendere debes.

Si alijs detraxit, vel detractores libentèr audiuit.

Si inuidus, vel goloſus, & in victu inordinatus fuit.

Si cũ lapidibus, vel niue, vel alijs rebus, aliquem moleſtauit.

Si legit libentèr, vel audiuit libros inhoneſtos, & prohibitos.

Si luſit

Si luſit ad cartas, vel taxillos, aut ad pugnos, vel lapides, & huius,& in his aliquem vulnerauit,vel percuſsit,mor. pec.& to. quomodo.

Si ſemetipſum pluries in multis periculis mort.expoſuit, videlicet natando in locis periculoſis, & equos furioſos equitando,& ſimilia,mor.pec.

Si venando porcos, vel alias feras, ad quandam ſui oſtentationem,etiam ſe mortis periculo expoſuit, & in his venationibus aliorum ſata cõculcauit,vel vaſtauit, & agrorum ſepes deſtruxit.

Si aliquod carnale peccatum per ſe,vel cum pueris, aut puellis,commiſit, aut ipſe in eodem patiens fuit.

Si alicuius puellæ,vel de pluribus philocatus fuit, & quanto tempore; idem dic de puella;

&

& si causa, cum scandalo procandi, vbique persecutus fuit, & eam impudice concupiuit.

Si eam verbis, literisque, ac nuntijs, vel munusculis, solicitauit, & nocturnis temporibus ad eam, cum periculo vitæ suæ, accessit, & serenatas eidem fecit.

Si de ea zelotypus fuit, ac eam ob rem alios odit, & detraxit.

Si cum ea loquendo, verba impudica sæpius dixit, vt eam ad peccandum inducere posset, semper mortaliter peccauit.

Si eam exosculatus fuit, ac alios tactus inhonestos circa illam exercuit, quia semper mor. pec.

Si donaria multa, corrupta intentione, obtulit.

Si ab amorem illius, vestem mutauit virilem, vt eam facilius alloqui posset, mor. pecc.

Si his de causis tempus perdidit,

dit, multum per platęas, aliaque loca girouagando, procando, & multa inhoneſta, & deteſtabilia facinora quotidiè dicendo, & faciendo, ac tanquam inſenſatus, vbique clamando, & multa damna, & impedimenta alijs inferendo.

Si promiſit alicui adoleſcentulæ, eam, neſcientibus parentibus, accipere in vxorem, & ſi clandeſtine per verba de præſenti contraxit.

Si multa vota emiſit, quæ nõ impleuit.

Si ſe fecit laruam, ſeu maſcharam cũ moleſtia, & malo exemplo multorum, & ſi induxit ſe in habitu religioſo, & prædicando vilipendit ſacram ſcripturam.

Si multas fecit incantationes, & auguria.

Si impreſsit in terra, vel in lapide humi poſito, ſignum cru-

cis,quia malèfecit, & grauiſsima pœna veniret puniendus.

Si noluit aliq̃d addiſcere, vel operari, & nimium fuit negligens ad orandum in manè, & ſerò, & ſi nimium in lecto ſtetit.

Si imprecatus fuit mortem, vel aliquod malum patri, matri, aut ſororibus, & fratibus.

Si comminatus fuit percutere patrem,& matrem,& eis verba probroſa petulanter reſpondit.

AB ECCLESIASTICIS perſonis, & primò à clericis in communi.

SI eſt irregularis,& quando, vel quomodo incurrit.

Si eſt ſuſpenſus, & in quibus caſibus incurrat eam.

Si recepit ordines ſimoniace,

vel à ſimoniaco.

Si recepit ordines in peccato mortali.

Si executus eſt ea, quæ ſunt ordinis, in peccato mortali.

Si exiſtens excommunicatus, vel interdictus, aut ſuſpẽſus miniſtrauit.

Si nõ portauit tonſuram, vel habitum.

Si immiſcuit ſe negotijs ſæcularibus.

Si exercuit inhoneſta clericatui.

Si eſt indebitè literatus.

Si fuit ordinatus ante ætatem debitam.

Si dimiſit horas Canonicas dicere.

Si, dicendo, voluntariè ſe occupauit in aliquo alio.

Si nõ benedixit menſam, nec gratias reddidit poſt cibum.

Si exercuit officiũ ordinis ſi-

ne debitis paramentis, vel mō.

Si celebrauit in ecclesia pol-luta.

Si celebrauit tempore inter-dicti.

Si celebrauit ad faciendū ma leficia.

Si celebrauit non ieiunus.

Si in altari execrato.

Si plusquàm semel, in die.

Si cum hostia, vel vino cor-ruptis.

Si cum euagatione mentis.

Si nimis rarò celebrauit.

Si ante diem.

Si existens in aliquo notorio delicto.

Si habita pollutione celebra uit eadem die, & maxime quan-do ipse causam dedit.

Si promisit alicui dicere mis-sas, & non dixit.

Si existens bigamus portat tonsuram.

Si ni

Si nimiam habet conuersatio nem cum mulieribus.

Si participauit cum excommunicatis in diuinis, aut aliàs.

Si fuit falsarius literarum Apostolicarum.

Si sepeliuit interdictos, excō municatos, vel vsurarios.

Si vsurarijs manifestis alienigenis domos concessit ad fœnus exercendum.

A BENEFICIATIS, vltra prædicta, interrogetur de infrascripis.

SI obtinuit beneficium per simoniam, vel per preces carnales, aut aliud turpe.

Si est indignus propter literarum ignorantiam, vel aliud canonicum impedimentum, putà quia infamis, irregularis, corpo-

re vitiatus, & huiusmodi, quia sic tenetur resignare in manibus valentis accipere resignationem.

Si obtinuit beneficium non intendens clericari.

Si permutauit beneficia.

Si renuntiauit beneficio simoniacè.

Si nõ fecit residentiã in beneficio suo curato. Quia est mort.

Si habet plura beneficia, quorum vnum sufficeret ei.

Si fecit quatuor partes de fructibus beneficij.

Si expendit fructus beneficij in vsus inhonestos.

Si malè tractauit ecclesiam, & eius ædificia.

Si vasa, & patamenta ad diuinum cultum tenet immunda.

Si alienauit bona ecclesiastica, quæ seruando seruari poterant, sine legitima causa, & cum

debi

debita solemnitate.

Si locauit sub annuo censu uices suas alteri.

Si induxit ad vouendum, vel iurandum de eligenda sepultura in sua ecclesia.

Si leges, vel physicã audiuit.

Si habens eligere, non elegit meliorem.

Si malè administrauit bona ecclesiastica.

A PRAELATIS habentibus iurisdictionẽ, maximè Episcopis, vltra p̃dicta.

Interrogetur etiam.

SI electus non se fecit confirmari prout iura statuunt.

Si non correxit publicos criminosos.

Si posuit indignos in officio,

vel beneficio.

Si fuit nimis pomposus in ornatu,& huiusmodi.

Si indebitè dispensauit in votis.

Si,in alijs rebus idem fecit.

Si aliquid exegit pro licentia eundi ad studia aut huiusmodi.

Si contulit ordines indebite, quibus non debebat,vel quãdo, vel non modo,quo debebat.

Si non examinauit ordinandos,sed ordinauit indignos.

Si sacramentum confirmationis non tenuit ex notabili negligentia,videtur mortale.

Si chrisma, & oleum sanctũ non consecrauit in cęna domini omni anno.

Si non fecit cõsecrationes ecclesiarum,altarium,& vestimentorum, quibus debuit, & graue peccatum.

Si nõ visitauit singulis annis

Diœcesim.

Si non deputauit in ecclesijs cathedralibus, & conuentualibus, viros ad prædicandas, & audiendas confessiones, prout iura statuunt & concilium Tridentinum.

Si ordinauit in Diaconũ, vel subdiaconum, qui nescit officiũ, videtur enim mortale, secũdum Angelum, & Syluestrum.

Si non est vsus Linteis, si tamen non erat religiosus.

Si non seruauit aut non seruari fecit canones.

Si contulit beneficia simoniacè.

Si plura contulit vni, præcipuè curata, aut alias incompatibilia.

Si ratione cõsanguinitatis tãtum, ea contulit.

Si non prouidit de beneficio illis, quos ordinauit.

Si illi nō habeāt patrimoniū.

Si visitando accepit munera ipse, vel aliquis de suis.

Si posuit indebitas collectas.

Si vsurpauit bona vacantium ecclesiarum.

Si non soluit debita iustè cōtracta à suo prædecessore.

Si quæstuarios pro lucro permisit indiscreta prædicare quia tenentur ipsi reddere rationem domino de omni malo, & satisfacere subditis de omni damno dato propter hoc.

Si incerta sibi appropriauit.

Si testamenta, & legata non fecit impleri.

Si non tenuit bonum, & diligentem Vicarium, cum ipse nō attēdat, tenetur de omni dāno.

Si iniustam sentētiam dedit, & alia, de quibus interrogantur iudices, vt supra fol.

Si in excommunicando non

serua

seruauit debitam formam.

Si in diebus festiuis non interfuit diuinis.

Si exemptos molestauit indebitè mortaliter peccauit, si in aliquo notabili hoc fecit.

Si consecrauit corruptã scienter pro moniali.

Si visitauit monasteria monialium, & non fecit vt seruarent clausuram.

Si hospitalarios visitauit, & nõ fecit, sibi reddi rationem &c.

Si dedit malum exemplum subditis.

Si magistrum tenuit in ecclesia, & fecit in alijs teneri ꝓ pauperibus, & clericis.

A CONFESSORIBVS.

SI confessiones audiuit non habens auctoritatem.

Si absoluit, à quibus non potuit.

Si absoluit vsurarios, aut alios retinentes aliena.

Si dispensauit sine auctoritate, quia peccauit mortaliter.

Si nimis festinanter interrogauit, vel non interrogauit interroganda.

Si interrogauit, quod non debuit, ex delectatione.

Si reuelauit confessionem.

Si existens in mortali, audiuit confessionem.

Si audiuit confessiones principaliter propter lucrum, quia esset simonia.

Si habet scientiã debitam ad discernendum peccata penitentium.

A reli

A RELIGIOSIS in communi.

SI intrauit per simoniam.

Si intrauit laxiorem, habens votum strictioris.

Si non fuit obediens.

Si proprietarius fuit, quia peccauit mortaliter.

Si fecit cõtra votũ castitatis.

Si officium dixit.

Si seruauit alia præcepta Regulæ, vel constitutionum, obligantiũ ad mortale.

Si non elegit meliores.

Si infamauit alias Religiones.

Si voluit consentire sine consensu superiorum electioni.

Si secreta sui ordinis reuelauit in scandalum ipsius, peccauit mortaliter, quia proditor est.

Si in uisitatione non reuelauit,

uit, quæ debebat.

Si fecit aliquid contra ea, quæ generaliter prohibentur religiosis.

Si recessit à monasterio sine licentia prælati.

CIRCA CONIUGATOS.

SI contraxit clandestine: vel in gradu prohibito.

Si consummauit matrimoniũ ante benedictionem nuptiarũ.

Si negauit debitum vxori petenti rationabiliter: vel sponte reddidit se impotentem.

Si reddidit adulteræ, vel econtra.

Si cognouit causa satiandæ libidinis, vel tempore menstrui, vel tempore imprægnationis, vel in diebus festiuis, tractauit vxorem

vxorem non vt ſociam, ſed vt ancillam.

Si contra voluntatem vxoris ſtetit nimis in remotis, cauſa cupiditatis, vel alias.

Si non ſeruauit fidem vxori: vel habet concubinam.

CIRCA VXORES.

SI fuit inobediens viro: vel dedit bona viri contra eius voluntatem.

Si non ſeruauit ei fidem: vel ſi non habuit bonam curam de filijs filiabusque.

Si fuit nimis litigioſa: vel vſa eſt ornatu indebito.

Si procurauit ſterilitatẽ: vel vſa eſt vanis & ſuperſtitioſis: vt haberet filios.

Si procurauit aborſum: vel ſuffocauit paruulum apud ſe in lecto dormientem.

CIRCA DOMINOS erga seruos.

SI in eis loquẽdo fuit rigidus, & non placidus.

Si mandando, & præcipendo fuit indiscretus, vel si in remunerando fuit nimis parcus, vel si in non morigerando remissus, vel si incorrigendo & castigando seuerus, vel negligens, vel seruorum iustas querelas nõ audiendo, vel immoderatis laboribus onerando, vel necessaria ad salutem spiritualem & corporalem eorum non procurando, Idem sentiendum est de dominabus erga ancillas.

CIRCA SERVOS erga dominos.

SI fuit proteruus & inobediẽs domino.

Si ficte

Si ficte, & non fideliter seruiuit: vel si furatus est bona domini, vel si non bene attendit ad præcepta domini, vel si ea sine dilatione executioni nō demandauit, vel si aliquid in necem domini machinatus fuerit, vel si absque eius licentia matrimonium contraxit, vel in aliquo ipsum defraudauit.

CIRCA MONIALES.

SI fuit inobediens abbatissæ: vel detraxit, vel conspirauit in eam.

Si suscitauit rixam, vel scandalum in monasterio: vel sit discola, aut proprietaria.

Si fideliter exercuit officium sibi commissum: vel si tenuit habitum conuentus extra cellā.

Si conuersationem habeat

cum

cum perſonis ſuſpectis, vel ſi de dit aut recepit litteras ſine licentia abbatiſſæ, vel ſi miſit aut recepit munera ab alijs quam à parentibus.

Si regulam & ſtatuta ordinis obſeruauit.

Si tenuit proprium quia peccauit mortaliter.

TRACTATVS BREVIS DE ARTE ET MODO AVDIENDI Confessiones

generatim comprehendens omnes. vbi circa Decalogum, ac septem vitia capitalia, & item opera misericordiæ, & quinq; sensus exteriores.

INTERROGATIONES continentur.



RIMVM igi- præceptum de- calogi est. Nõ habebis deos a- lienos. Exodi. 20. Cuius ex- positio trahitur à Theologis li- br. 3. disti. 17. Et à Sancto Tho. secun

præceptum 1.

ſecunda ſecũdæ.q.122. Et opuſculo.4. Et ab Angelo in ſua ſumma. preceptum.§.3.Circa quod poſſunt per confeſſorem formari huiuſmodi interrogationes, quæ ſequuntur.

Si pœnitens adorauit aliquã creaturam: aut (vt ſic) direxit ad eam aliquam orationem.

Si adorauit diabolum, etiam ſub angelo lucis ſibi apparentẽ, quia eſt mortale: vt habetur in diſt.9.lib.3. Et in prædicta ſumma. adoratio.§.10.

Si inuocauerit demones, pactum aliquod cũ eis faciendo: ibi. Sors.§.3.

Si vſus eſt necromantia, & chiromantia & huiuſmodi. Et 2.2.q.95.

Si vſus eſt ſortibus, vel incantationibus ad ſciendum furta & occulta. ibidem vide.

Si voluerit ſcire futura per

vanum

vanum aſpectum creaturæ. ibi.

Si quãdo obuians lepori, vel alteri animali, credidit præſagiũ alicuius futuri. ibidem.

Si quando mulier prægnans petit ignem, aut huiuſmodi, vtitur ad ſciendum futura. vide ibidem.

Si ad pronoſticandum futura vſus eſt literis, punctis, aſtrolabio, apertione libri, & huiuſmodi ibidem.

Si ad diuinandum aliquid futurum obſeruauerit ſomnia, vide ibi. §. 5.

Si coluit deum ſecundum ritum & cerimonias iudęorum, aut gentilium: vide Superſtitio. §. 1.

Si pro ſanitate danda, aut recuperanda, vſus fuerit ligaminibus, aut characteribus: ibi. §. 1.

Si fecit annulum cum panno duplici, aut præciſo, tali hora

aut die : ibi.§.2.

Si vſus fuit arte notoria, aut eam didicit, aut docuit: vide ibi.§.3.

Si vſus eſt herbis ſuperſtitioſe contra dęmones.ibi.§.6.

Si vſus eſt breuibus ligandis, vel portandis ad collum ſuperſtitioſis ibi.§.7. Et ſecunda ſecundæ.q.96.ar.4.

Si incantauit animalia,aut cō mendauit ne deuorarentur ab alijs, & quomodo : ibidem .§.8.

Si carminauit infirmos .ibi. vide .§.9.

Si vt quis moreretur, dixit, aut dici fecit miſſas, vel pſalterium : ibi.§.10.

Si colligendo herbas obſeruauit aliqua vana.ſ.tali die, aut hora &c.vide ibi §.11.

Si fecit aliquid, vt ſciret infortunium alicuius : vide ibi .§.12.

Si per vnum maleficium deſtruxit

ſtruxit aliud, vel aliquod malũ. ibi.§.13.& lib.4.diſtin.34.

Si credidit fœminas ire de nocte, vel conuerti in bruta: vide ibi.§.14.

Si habet libros de huiuſmodi ſuperſtitionibus. vide curioſitas.§.1.

Si obſeruauit dies egyptiacos: vide Superſtitio.§.15.

Si dedit poculum vt amaretur ab aliquo quia eſt mortalo, neque ſuperſtitione carens.

Si credidit, quòd ex conſtellatione cæleſti cogatur quis ad bonum, vel malum: vide Sors.§.3.

Si vſus eſt ſacramentis, vel ſacramentalibus, ad aliquid illicitum: vide ſacramentũ §.vltimo.

Si acceptauit duellum, vel obtulit vel fuit cauſa vt fieret: vide duellum.

Si accepit ferrum candens; vel dedit pro manifeſtanda veritate:

tate: vide purgatio, in principio.

Si est hæreticus, aut fautor hæreticorũ: vide hæreticus per totum: aut dubius in fide.

Si apostatauit à fide, aut fecit actum infidelitatis, timore mortis: ibi.

Si portauit vestes infidelium, vide ibidem. §. vltimo.

Si nimiam practicam habet cum iudæis: aut intrauit balneum cum eis: vide iudæus. §. 1. & balneum.

CIRCA SECVNDVM præceptum quod eſt. Non aſſumes nomẽdei in vanũ: cuius expoſitionẽ vide ibi. Et circa expoſitionẽ primi, poterit cõfeſſor facere hmõi interrogationes.

SI vota legitime facta non impleuit: vide votum.1.&.3. præceptum 2.

Si nimis diſtulit voti impletionem indeterminati, quo ad tempus: ibi votum.3.

Si, cum tenebatur, non adimpleuit vota parentum. ibi.§.8.

Si impetrauit voti diſpenſationem ſine cauſa legitima, ibi votum.4.§.10.&.11.

Si fecit votum, ſciens, quod non poterat: aut de re mala:

vel si de bona, tamen propter malum finem. ibi. 1.

Si apostatauit ab aliqua religione, vel ordine: vide apostasia. §. 2.

Si blasfemauit deum, vel sanctos, vel si male dixit eos: vide blasfemia. Et maledictio.

Si nominauit deum vel sanctos opprobriose, vel per membra verecunda, sciēter quia mortaliter peccauit.

Si sacramētum ecclesiæ enormiter tractauit: vel si dedit, aut accepit in mortali. baptismus. vide. §. 10.

Si iurauit falsum quod credebat verum, aut econtra: vide periurium.

Si iurauit sciens se iurare mēdacium: ibi. aut iurauit malum aliquod se facturum: ibi & iuramento. 3.

Si iurauit sine deliberatione: ibi

ibi.§.2.&.10.

Si iurando affirmauit dubiũ, vel per verbum credo, quod nõ credebat. periurium.§.3.&.4.

Si iurauit ex metu falsũ, aut contrauenire iuramento, licet non contrafacere ibi.§.5.&.7.

Si induxit aliquem adiurandum, quem sciebat falsum iuraturum: vide iuramentũ.3.§.11.

Si nõ iurauit ad intentionem dantis fraudulenter: vide iuramentum.4.

Si nõ cõpleuit iuratũ in casu quo tenebat: vide periuriũ. §.1.

Si fecit se absolui à iuramento sine causa legitima: vide iuramentum.6.

Si cũ tenebatur orare, volũtarie se distraxit: vide hore.§.27.

Si simulauit sanctitatem, quã non habebat: vide Simulatio. §.vltimo.

Si illicite adiurauit homines,

vel dæmones, aut alias creaturas: vide adiuratio.

CIRCA TERTIVM præceptũ quod est. Sanctificare sabbata, (Cuius expositio habetur, vbi prius) poterit cõfessor formare sequẽtes interrogationes.

præceptum 3. SI fecit in diebus festiuis opus manuale, aut fieri mandauit in casibus non concessis: vide feria.

Si non vacauit deo in diebus illis, missam integram audiẽdo, extra casum necessitatis. ibi.

Si vacauit ludis, aut choreis: vide chorea, & ludus.

Si contempsit illis diebus audire prædicationem: vide. feri: S.44.

Si

Si non fecit oblationem in missa, ad quam tenebatur: vide oblatio.§.1.

Si in diebus festiuis de præcepto cõmisit aliqua mortalia: vide præceptũ.§.5. Et feri.§.36. Et quia difficile esset scire quæ peccata commisit in festis. Esset quoque difficile interrogare de quolibet peccato, an illud cõ miserit in festo ideo potest sic interrogare. Peccasti mortaliter in festis. Et si dicat sic: quære vltra ab eo in quot festiuitatibus. Et si nescit: interroga eum: si quasi in omnibus, vel in maio ri parte ipsorum, vel in minori. Et vltra, tertio quæratur, si in eo dem festo peccauerit aliquando bis, vel pluries. Et id sufficit quo ad illam circunstantiam tẽporis. quanquàm aliqui dicunt non esse necessariam hanc circunstantiã, sed ad bene esse, quia Opinio aliorũ.

aggrauat quidem (aiunt) sed non in infinitum.

CIRCA QVARTVM præceptum quod est. Honora patrem tuum & matrẽ tuam. Cuius expositio trahitur ex locis prius citatis: poterit confessor facere sequẽtes Interrogationes.

præceptum 4. SI non dilexit patrem, vel matrem: neq; ostẽdit eis signa dilectionis: vide. filius. §. 30.

Si non subuenit eis indigentibus, vel si non seruiuit, vel seruire fecit in infirmitatibus eorũ, vel si non obediuit eis, vel si dixerit eis verba iniuriosa: vide ibi.

Si maledixit eis: vide maledictio. §. 1.

Si non fuit executus eorum voluntates, & legata post mortem: vide executor. & hæres.

CIRCA QVINTVM præceptum .s. Non occides, quod exponitur, vbi supra. Interrogandus est pœnitens.

SI habuit animum offendēdi proximum in persona, vulnerando, mutilando &c. præceptū. §.9. præceptum.5.

Si vulnerauit, vel occidit aliquem, vel occidi, aut verberari fecit: ibi.

Si indebite incarcerari fecit aliquem: vide. Carcer.

Si aborsum mulieris procurauit: vide. aborsum.

Si pueros tenellos tenuit iuxta se in lecto, & suffocauit dor-

miendo. Homicidium.2.

Si commisit homicidium spirituale, inducendo aliquem ad mortale, vel alias. Homicidiũ.4.

Si exercuit spectacula, in quibus imminebat periculum probabile: vide. spectacula.

CIRCA SEXTVM præceptum.s. Non mœchaberis. Cuius expositio habetur in præcómemoratis locis, de quibus in primo præcepto, venit pœnitens interrogandus.

præceptum.6. SI commisit fornicationẽ, vel adulterium, vel stuprum, vel sacrilegium, vel incęstum, vel sodomiam: aut quouis alio modo se polluit: vide præceptum.§. 10.&

10.& luxuria.

Si voluntariè,& morosè cogitauit de huiusmodi peccatis,propter delectationem : vide ibid.

Si cognouit carnaliter solutam,quia est fornicatio,si coniugatam: quia est adulterium, si consanguineam, vel affinem: quia est incęstus. si cũ virgine: quia est stuprum. si eam rapuit à domo parentũ, vel aliàs: quia est raptus. si erat sanctimonialis,aut aliàs Deo dedicata: quia est sacrilegium. si extra vas debitum, aut cum brutis: quia sic erit vitium innominatum contra naturam, de quibus omnibus, vbi supra.

Si dormiuit cum muliere alterius legis, vel econtrà.

Si vir,aut mulier dixit, vel fecit aliquid finaliter, & directè ordinatum ab eo,in opus carnale, etiam si opus ipsum ad extra

non sequatur: vt cum quis inordinatè videt, aut tangit mulierem, aut ducit choreas, aut propter hoc inordinatè se ornat, aut calida: & exquisita comedit ad id conferentia, vel loquitur, aut delectatur in turpibus colloquiis, vel aliàs.

Si fuit mediator peccatorum carnalium: nam tales grauissimè Deum offendunt: vt patet in.c.noli. de pœ. distin. 1. & tenentur, quantum possunt taliter inductos reducere ad bonum, & sunt obligati ad restituendum quidquid propter hoc lucrati sunt.

Si habuit pollutionem dormiendo: ex sua causa vel in hoc habuit complacentiā vide. Pollutio.

Subnotitio ual de notāda. Si voluntariè, & deliberatè appetijt aliquod prædictorum committere. Pro quo tamen aduer-

aduertant, noui confessores, quod iuxta documenta theologorum lib. 2. dist. 24. toties quis peccat mortaliter: quoties hoc deliberate appetit perpetrare ex diuersis interuallis temporum, vel personarũ: puta quia nunc appetit deliberate vnam personam ad mœchandum cum ea, postea præpeditus, aliam appetit. Demum postea recordatus de illa, iterum concupiscit eam: quia in his casibus sunt diuersæ auersiones, vel ratione tẽporis, vel ratione naturæ.

Et quia, vt dictum est, maiori cum cautela, procedere habet prudens confessor, circa interrogationes fiendas in vitijs carnalibus, in quibus communiter homines sunt magis inuoluti, quã in alio. Ideo dignum duxi magis in specie assignare modum, quem in interrogationibus cir-

ca huiusmodi vitium, prudens cõfessor tenere habeat. Si enim pœnitens fuerit persona spiritualis, vel mulier, aut aliquis nõ coniugatus, & verecundus, præsertim puella: interrogabit eam primo, si commisit aliquod peccatum inhonestatis, vel luxuriæ opere, vel saltem voluntate: si nihil dicit: & tamen videtur, cõfessori ex præcedentibus signis, quod fuerit in aliquo inuoluta: interrogari debet de cogitationibus: si delectata fuerit cogitare de huiusmodi carnalibus. Et habito, quod sic, caute innotescendum est ei, quomodo in his contingat mortaliter peccare: de quo S. Tho. prima. 2. q. 72. ar. 8. Et cancellarius Parisiensis parte secunda. 30. Æ. Et in summa præallegata. Cogitatio. §. 2. postea procedere habet, an delectata est audire, loqui de huius

Cautela optima.

D. Thomas.

modi,

modi, vel videre, vel tangere se, vel aliam personam: & quoties, & si in diebus festiuis magis, quã in alijs. Et si confiteatur, quod talia commisit: poterit vltra interrogari, si habuit aliquam pollutionem propter talia cogitata, per se, vel cum alia persona: vt sic cautè inducatur ad confitendum, quæ ex verecundia forte, nõ sic pedetentim interrogata, taceret. Si vero talis persona fateatur, se aliquod peccatum luxuriæ, etiam in opere commisisse: interrogetur, si cum soluta, an coniugata, & si erant consanguinei, vel affines, & sic de alijs inducentibus in notitiam speciei peccati.

circa

CIRCA SEPTIMVM præceptum quod eſt, Non ſurtum facies. Cuius expoſitionẽ inuenies ibi, & ſupra, poterunt formari ſequẽtes interrogationes.

præceptum.7.

SI commiſit aliquod furtum, aut rapinam: de quibus vide in furto, & rapina. Si pædagia iniuſta, aut exactiones, aut tallias indebitas exegit: vide Pædagiũ, & tallia.

Si res naufragantium accepit: vide naufragium. Aut fuit in bello iniuſto. uide. Bellum.

Si inuenit aliquid, quod non reſtituit: vide inuenta.

Vſura multipliciter.

Si aliqua, mala fide præſcripſit; vel ſi commiſit vſuram: vide pſcriptio, & vſura. Si mutuauit

uit pecuniam, vel granum, vel vinũ, vel huiuſmodi, vt aliquid inde lucraretur: vide vſura.

Si fructus pignoris non computauit in ſortem: vide pignus.

Si emit aliquid viliori precio, propter præuentionem ſolutionis. Vel, ſi carius vendidit propter dilationem ſolutionis: vide vſura. §. 58. &. § 63.

Si fecit cambia ſicca, vel aliàs illicita: ibi. § 51. cum ſequentibus.

Si dedit pecuniam in ſocietatem cũ lucro, & ſine periculo. vide. ſocietas. 2. Si accepit aliquod donum ab eo, qui donare nõ poteſt, vel per ludum illicitè. vide. Donatio. & ludus.

Si accepit aliquid per ſymoniam: vide ſymonia.

Si participauit in dãdo, quodcunque damnum proximo: ſiue operando, ſiue mandando, vel conſulen In multis caſibus tenetur quis reſtituere.

conſulendo, conſentiendo, adulando, receptando, defenſando, non obuiando, ratum habendo, non manifeſtando: de quibus vide Furtum. & reſtitutio.

CIRCA OCTAVVM mādatū, quod eſt. Nō dices falſum teſtimoniū. Cuius expoſitio trahitur in locis aliorū præcedentiū præceptorū: poterūt fieri huiuſmodi interrogationes.

præceptum. 8. SI dixit falſum, aut mendaciū in iudicio, vel extrà, in damnum alterius, ſui, aut proximi: de quo vide Mendaciū, & teſtis.

Si noluit teſtimonium dicere productus in teſtem, vel non dixit veritatem, pecunia corruptus:

tus: vide, teſtis.

Si vſus fuit aſtutia in teſtificando: vide. aſtutia.

CIRCA NOVVM præceptũ. Non concupiſces domũ, aut rẽ proximi tui (quod exponitur locis in primo præcepto citatis) poterit pœnitẽs ſic interrogari.

SI voluit habere res proximi per fas. & nefas, vel iniuſte: vide Auaricia. Et alijs modis, de quibus ſupra in ſeptimo præcepto. Et infra circa vitium capitale auariciæ. præceptum. 9.

circa

CIRCA DECIMVM præceptũ, quod est. Nõ concupisces vxorẽ ꝓximi tui. Quod etiam exponitur vbi supra, poterit fieri huiusmodi interrogatio.

præceptum. 10.

SI inordinate concupiuit vxorem quancunque, quæ non esset sua. Et alijs modis, de quibus supra in sexto præcepto. Et infra circa vitiũ capitale lexuriȩ.

EXAMINATVS Aut discussus pœnitens circa decem præcepta decalogi. Venit (vt præmissum est) interrogandus circa septem vitia capitalia. Quæ sũt superbia, auaricia, luxuria, inuidia, gula, ira, accidia. Circa superbiam autem sic est interrogandus.

Interrogationes circa septem peccata capitalia.

Si

SI propter inordinatum amorē propriæ excellentiæ, egit aliquid contra diuina præcepta.

Si existimauit habere bonū, quod habet à se, non à Deo.

Si bona, quæ habet, credidit à Deo sibi data propter sua merita.

Si se iactauit habere bona, quæ non habebat.

Si despectis alijs, voluit videri singularis: de his omnibus theologi lib. 2. dist. 42. & Thomas. 2 2. q. 162. Et in summa angel. ver. superbia. & alibi Doctores.

CIRCA ambitionem, quæ ponitur prima filia eius: de qua vide Ambitio: est vltra quærendus. Filia 1. superbię.

Si appetijt beneficia propter honorem principaliter, vel appetijt dignitatē sciens se indignū.

Si

Si procurauit dignitates per vias illicitas, vel si emit publica officia, aut peruersè mutauit.

Filia 2. CIRCA præsumptionem, quæ est secunda eius filia. Est perquirendus.

Si posuit se ad faciendũ, quæ erant super facultatem suam.

Si exercuit officium, quod nesciebat, vel si exposuit se periculis peccatorum, vel si nimis præsumpsit de Dei misericordia, vide præsumptio.

CIRCA curiositatem, quæ ponitur eius tertia filia interrogandus est.

Filia 3. Si voluit addiscere, vel audire quæ fieri nequeunt sine mortali, vel si curiosis attendens, neglexit neccessaria ad salutem animæ. Curiositas.

circa

CIRCA ingratitudinē, quæ est quarta filia; quæratur. Si despexit Dei beneficia, vel non retribuit benefactori, vel ei iniuriam intulit. Ingratitudo. Filia 4.

CIRCA iudicium, quod est quinta filia: requiratur. Si vsurpauit iudicium: vel male iudicauit: vide Iudicium. Filia 5.

CIRCA adulationem, quæ est sexta filia: interrogetur. Si fuit adulator, vel adulando prouocauit aliquem ad superbiam, vide Adulatio. Filia 6.

CIRCA septimā superbiæ filiam, quæ irrisio dicitur, quæratur, si derisit proximum, vel Deo seruientes. Filia 7.

Filia 8. CIRCA octauã filiam, quæ est tentatio Dei, quæratur, si aliquando exposuit se periculo probabili mortis sine necessitate, vide tentare Deum.

Filia 9. CIRCA pertinaciam, quæ est nona filia, petatur, si fuit nimis pertinax in suo sensu, aut fecit aliquid propter arrogantiam, quæ ponitur vltima filia superbiæ.

CIRCA AVARICIAM vero, quæ ponitur secundum vitium capitale est inter rogandus pœnitens.

De Auaritia. SI appetijt diuitias, & alia bona temporalia inordinate, & contra legem Dei, & dictamen

recte

recte rationis.

Si acquiſiuit diuitias, & alia bona temporalia inordinate per vias illicitas.

Si retinet aliquid alienum cõtra voluntatem Domini.

Si ob amorem pecuniæ, aut diuitiarum ſubtraxit ſibi neceſſaria, & quo ad animam, & quo ad corporis ſuſtentationem.

Si propter amorem diuitiarum falſificauit, vel monetam, vel aliquod inſtrumentum ſcripturæ, vel illud deſtruxit, vel occultauit, aut falſificauit menſuras, & pondera.

Si vendidit rem vnã pro alia, puta vinum limphatũ pro puro.

Si furatus eſt gabellas, aut pædagium iuſte poſitum.

Si luſit aliquo ludo intentione expoliandi proximum, aut fraudem aliquam ibi committendo.

circa

De luxuria.

CIRCA luxuriam, quæ ponitur tertium vitium capitale, eſt interrogãdus pœnitens.

Si habuit aliquas cogitationes fœdas, & turpes circa vitiũ Carnale, in quibus moram contraxit, & delectationem habuit.

Si opere perpetrauit aliquam de ſpeciebus luxuriæ ſuperius enumeratis in.6. præcepto, puta fornicationem, adulterium, inceſtum, raptum, ſacrilegium, vitium innominatum, aut quouis alio modo de ibidem pertractis.

Si vſus eſt verbis libidinoſis, aut inhoneſtis, aut geſtibus, vel ad prouocandum alios, vel vnde probabiliter habent prouocari ad luxuriã: vide in turpiloquio, & ſcurrilitas.

circa

CIRCA gulã, quæ eſt quartum vitium capitale, venit pœnitens interrogandus. De Gula

Si nimium, & vſque ad nauſeam commedit: aut nimio cũ ardore, & effrenato appetitu: vide gula.

Si nimium ſtudium appoſuit in præparando aut nimis lautè comedit: ibid.

Si in comedendo præuenit horam, præcipuè diebus ieiuniorum: vide ibid. & ieiunium.

Si inebriauit ſe, aut inde ebetudinem mentis incurrit: vide ebrietas, & ebetudo.

Si ex nimio cibo, potuque deuenit in multiloquium, aut turpiloquium, aut ſcurrilitatem: vide multiloquium &c.

Si ex nimio potu, & cibo incurrit in immundiciam, aut pollutionem: vide Immundicia.

Si nimium exquisitè comedit,& bibit: vt posset luxuriari: vide gula. & luxuria.

Si in diebus ieiuniorum fregit ieiunium, vel prohibita comedit, vel ingurgitauit se: vide ieiunium, & gula.

De inuidia.

CIRCA inuidiam, quæ ponitur quintum vitium capitale, est interrogandus pœnitens.

Si desiderauit malum proximi, & quantum in hoc tempore perseuerauit, & quoties: vide inuidia.

Si lætatus est in aduersis proximi, aut tristatus in prosperis deliberate: vide ibid.

Si vsus est susurratione ad superseminandũ zizania inter proximos. vide susurro.

Si odium habet proximi, & ob id, vel detraxit, aut libenter

de

de eo detractiones audiuit: vide detractio.

Si falsò accuſauit proximum, imponens ei malum, quod non fecit, ex rancore: vide accuſatio.

Si ſimulauit amicitiam cum alio: vt inde acrius damnificaret: vide ſimulatio.

Si inimicos perſequutus eſt, aut denegauit eis dilectionis ſigna in caſu neceſsitatis, vel aliàs vide dilectio.

CIRCA iram, quæ dicitur ſextum capitale vitium: eſt interrogandus pœnitens. De ira.

Si appetijt vindictam proximi, Neque voluit ei reconciliari: vide ira. & diligere.

Si irrogauit proximo iniuriã, contumeliam, aut conuitium, ſeu opprobrium: ibid. & contumelia & conuitium.

Si rixam habuit cũ proximo

suo: vide. rixa. Vel male dixit ei: vide. maledictio.

Si seditionem commouit in proximum: vide. seditio.

Si bellum mouit iniustum: vide. bellum.

Si tenuit partialitates, vel eas sequutus est.

Si furiosè, & inordinatè, aut confusè clamauit in proximum: vide. clamor.

Si murmurauit in Deum, aut in proximum: vide. murmuratio.

Si indignatus fuit in proximum, nolens eum audire, & cũ aliorum scandalo: vide. indignatio.

Si ira commotus blasfemauit Deum, aut sanctos: vide. blasfemia.

Si ex tumore iræ inflatus contempsit alios: vide. tumor.

CIRCA acediam, quæ ponitur ſeptimum vitium capitale interrogandus eſt pœnitens. De Acedia.

Si ex acedia dimiſit agere, quæ tenebatur, vt audire Miſſam prædicationem, orare &c. vide. accidia. Si pœnituit ſe bene feciſſe, & ex tędio incurrit infirmitatem: vide ibi.

Si fugit labores quoſcunque, otioſitatem amans: vide. ibi & Otioſitas. Si tepidè egit, quæ agenda ab eo erant feruenter: vide. euagatio mentis.

Si ex acedia incurrit pigritiã, aut torporem, vide. torpor.

Si fuit negligens in addiſcendo neceſſaria ad ſalutem, vide. Negligentia.

ET eſt Aduertendum, quod nõ ſufficit diſcreto confeſ-

Documẽtum circa circũstantias peccatorum.

ſori quærere à pœnitente de his ſeptẽ vitijs capitalibus, verùm, de circunſtantijs eorum, vt ex.c. omnis vtriuſque ſexus. de pœ. & re. ſatis apparet, vbi Innocentius tertius dicit, quod ſacerdos debet diligenter inquirere peccata, & circunſtantias eorum; quibus prudenter inquiſitis, intelligat, quale ei debeat præbere conſiliũ, & adhibere remedium. Cõfirmatur etiam ex dictis Augustini, in libro de pœnitentia. Et trahitur de pœni. diſt. 5. Conſideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ &c. Et ſi quæratur, quæ, & quot ſint huiuſmodi circunſtantiæ, reſponderi debet ex his, quæ philoſophus dicit, 3. Ethico. Et theologi. 4. diſt. 16. quod ſunt iſtæ ſeptem ſequentes. ſ. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, vel per quos. Cur,

Auguſtinus.

Concluſio.

Cur, quo modo, quando. Et Raymundus addidit aliam ſcilicet quoties.

Dicitur ergo quis, pro varietate perſonæ peccantis, vel eius ſtatus, ætatis, ſapientiæ, & ordinis, vtpotè ſi ſit clericus, religioſus, ſenex, iuuenis, doctor, ruſticus, rex, miles, mercator, vel aliàs, quia dignitas pſonæ peccãtis, vt ſic, nunquam diminuit de peccato, ſed auget, & aggrauat ſaltem in peccatis, ex deliberatione præcedentibus, vt docet ſanctus Thomas prima. 2. q. 73. articu. 10. Quid. ſ. vtrum malũ, quia prohibitum, vel quia ex genere ſuo malum, vtrũ mortale, an veniale, an occultum, vel publicum. Vbi, quia an in loco ſacro, vel aliàs. Quibus auxilijs, vel per quos. ſ. traxit alios ad peccandum, vel quos poſuit mediatores ad malum perpetrandum, Quis Quid Vbi Per quos

vel cum quibus, pro quibus, & contra quos. Cur.s. an ex infirmitate, vel ex ignorantia, vel quali intentione fecerit, & quia mortalia trahunt speciem ex fine, iuxta illud Ambrosij. Affectus tuus operi tuo nomen imponit, ideo diligenter est hoc explicandum, nam qui furatur, vt mœchetur, potius est mœchus, quam fur, licet fuerit vnum peccatum in vno actu, habens tamen plures deformitates Quando.s. si in sacro tempore, vt diebus festiuis, aut ieiuniorum, vel alio tempore, & quantum in tali perseuerauit. Quomodo.s. an naturali, vel innaturali. Quoties, successiuè, non solum quantum ad consuetudinem, sed etiã quantum ad numerum, qui numerus refertur ad actionem, nó autem ad obiectũ actionis. verbi gratia, si homo iniusta contra

Cur

Ambrosius.

Quando

Quomodo.

Quoties.

ctione

ctione accipiat ſaccum plenum mille florenis, vnum furtum eſt, ſi tamen mille florenos indebitè acciperet in diuerſis, puta mille temporibus, & actibus interpolatis, aut ſucceſsiuè, non vnum, ſed mille furta committit, quia in ipſo actu conſiſtit peccatum, vt trahitur à theologis li. 2. diſt. 42. Has tamen omnes circunſtantias non eſt neceſſarium cōfiteri, ſed tantum illas, quæ mutant ſpeciem peccati mortalis, vt furari de loco ſacro, vel accedere ad alienam, quæ eſt conſanguinea, affinis, vel monialis, vel etiam illas, quæ & ſi nō mutant ſpeciem peccati, tamen aggrauant multum notabiliter ſiue infinitum vt furari centum notabiliter grauius eſt, quam furari vnum & morari inodio per diē, grauius eſt quam per horam vt trahitur in diſt. 16. lib. 4. de quo

Circunſtātiæ, neceſſ. confitendę q̄ ſint.

 latius

latius ibibem per theologos. Est tamen aduertendum, quod cum dicitur non esse necessarium cõfiteri circunstantias, quæ non trahunt in aliud genus peccati, aut non aggrauant multum notabiliter non est referendum ad quoties, vel ad numerum, quem aliquis confiteri tenetur, quãtũ põt, quia iam non est vnum peccatum, sed multa, prout sanctus Tho. notabiliter dicit in quadã epistola ad lectorem Bisuntinũ in fi. Et ideo prouidus confessor diligenter quærat de numero eiusdem peccati. i. quoties incidit in istud, vel istud peccatũ, in quo cõiter, & cõfessores, & pęnitentes leuiter transeunt, & male. quia eo casu confessio nõ est integra. Pro quo vide Conciliũ Trid. sess. 14. Canone. 7. & scito, quod etiam in peccatis cordis prędicta seruanda sunt. vt tradunt

Nota bene.

Concil. Trid.

dunt cõiter theologi, & ex dicto Cõcilio elicitur. Qua in re vtinam infiniti non errarent.

TERTIO Loco venit pœnitens interrogandus, vt præmisimus circa opera misericordiæ, quæ saltem pro loco, & tempore quisque fidelis tenetur adimplere, quarum septem dicuntur spiritualia, & sunt hæc, consule, castiga, solare, dimitte, fer, ora, doce, in quibus sic esset sigillatim interrogandus. Circa opera miẽ interrogationes

Si noluit dare consilium petenti in cõcernentibus salutem, vel in re, vnde notabiliter potest euenire damnum proximo, cum tamen posset, quia tunc mortale est, vel si debeat ex officio.

Si non correxit, quos debuit cum tenebatur, quia tunc peior factus est in tacendo, quã alius in cõmittendo, uide, correptio.

Si non fuit consolatus tribulatos, præsertim quando ex tali omißione incidit tribulatus in desperationem.& ipse bono modo posset.

Si non dimisit rancorem contra proximum, uide.odium.

Si impatientem se habuit in iniurijs sibi illatis, puta iniurians ipsum,uel rependens ei uicem,reddens malum pro malo, quod est uinci à malo.

Si non orauit pro proximis, præcipue si ad id tenebatur ex officio,utpote quia beneficiatus, aut de eleemosynis uiuens.

Si nõ docuit ignorantes,præcipue si ex officio,gradu, uel salario conductus tenebatur, utpote Doctor, Magister, Cathedraticus,uel aliàs, curatus.

CIRCA al a septem opera misericordiæ corporalia, quæ

quæ ſunt iſta uiſito, cibo, poto, redimo,tego,colligo,condo, ſic etiam pedetentim eſſet pœnitens interrogandus.

Si non uiſitauit infirmos, & incarceratos, maxime in periculo conſtitutos.

Si non cibauit eſurientes,præſertim in caſu,in quo ſi non pauiſti,occidiſti,ut Ambroſius dicit.

Si non potauit ſitientes, potiſsimum in caſu conſimili.

Si nõ dedit operã,ut redimeret captiuos, & iniuſte oppreſſos, cum poſſet,& teneretur.

Si non ſepeliuit mortuos,præcipue pauperes, & domeſticos, & quos tenebatur ex officio.

Si non collegit hoſpites pauperes in domo, ſaltem in caſu neceſsitatis.

Si non tegit, aut cooperuit pauperes nudos, cum cõmode poſſet, & immineret neceſsitas.

Senſus quinque exteriores.

QVARTO Loco, uenit pœnitens interrogandus circa abuſum quinque ſenſuum exteriorum,qui ſunt hi,uiſus,auditus, odoratus, guſtus, & tactus,quibus ſæpe offendit Deũ. Et ob id conquerebatur propheta Hiere.9.Heu per feneſtras ingreſſa eſt mors.

Si noluit uidere ſpiritualia, & ad compunctionem inuitantia, ſed tantum mulieres comptas,& alia uana ad peccatum inducentia.Hinc propheta. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Hinc etiam Iob.31.Pepegi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarem de uirgine. Hinc Auguſtinus in regula. Ne dicatis uos habere animos pudicos, ſi habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus, impudici cordis nuncius eſt.

Si noluit audire prædicationem,& alia neceſſaria ad ſalutẽ, ſed potius detractiones, & murmurationes,& alia fœda, & turpia. Hinc ſapiens Eccleſiaſtici. 28. Sepię aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire.

Si inordinate, & modis exquiſitis procurauit odorare ſuauia, quæ ad uitia alliciunt.

Si in comedendo, & bibendo procurauit guſtus delectationem,ut luxuria incitaretur, uel accuratius, & ardentius, quam oportet,illa ſumẽdo, uel turpia, & mendacium, atque detractiones, & alia uana, & nociua loquendo.

Si tetigit non tangenda,puta pudenda loca, extra caſum neceſsitatis,uel res ſacras, cum eſſet laicus, uel ſemper uoluit ueſtiri mollibus, & dormire in ſtra

minibus

minibus supramodum delectabilibus, uel osculando mulieres alienas, uel aliàs.



VARIE SPECIES PECCATORVM IN GENERE

pro vera cognitione suiipsius,

omnibus per vtiles, æque ac necessariȩ ad sciendum & ideo memoriæ cōmendandȩ, aut saltē sępiss mè legendȩ, vt euitētur, iuxta illud Esa. 58 Annuncia populo meo scelera eorū, & Domui Iacob peccata eorum, vt scilicet, cognoscēdo, quasi à facie colubri fugiāt peccata.

Peccata cordis quæ quandoq; mortalia, quādoq; venialia sunt.

1 COgitatio mala voluntaria.
2 Delectatio eius;
3 Desiderium mali;
4 Consensus.
5 Voluntas peruersa.

6 Infi-

6 Infidelitas.
7 Indeuotio.
8 præsumptio.
9 Desperatio.
10 Timor malus.
11 Amor malus.
12 Suspitio.
13 Inuidia.
14 Ira.
15 Odium.
16 Exultatio in aduersis proximi.
17 Contemptus pauperũ personarum.
18 Personarum acceptio.
19 perfidia.
20 Affectus nimius carnalis parentum.
21 Inepta lætitia.
22 Sęculi Tristitia.
23 Impatientia.
24 Auaritia ideſt cupiditas:
25 Malitia.
26 Superbia.

27 obsti-

27 Obſtinatio.
28 Tędium boni.
29 Acędia.
30 Inconſtantia.
31 Pœna pœnitentiæ.
32 Dolor, quia non fecit plura mala
33 Hypocriſis.
34 Amor placendi.
35 Vana gloria de bonis naturę.
36 Verecundia de pauperibus amicis
37 Cōtemptus admonitionis.

PECCATA ORIS

Quę quādoque mortalia, & quandoque venialia ſunt.

1 CREBRA iuratio.
2 Periurium.
3 Blaſphemia.
4 Nomen Dei irreuerenter aſſumere.

assumere.
5 Veritatem impugnare.
6 Contra Deum murmurare.
7 Irreuerenter horas dicere, vel orationes.
8 Detractio.
9 Adulatio.
10 Mendacium.
11 Vituperatio.
12 Maledictio.
13 Infamatio.
14 Contentio.
15 Comminatio.
16 Impugnatio veritatis agnitæ.
17 Impugnatio supnæ gratiæ.
18 Seminatio discordiæ.
19 Proditio.
20 Falsum testimonium.
21 Mala consilia.
22 Derisio.
23 Contradictio Obedientiæ.
24 Impedire benefacta.
25 Reprehendere in alio quod ipse

ipſe fecit.
26 Vaniloquium.
27 Multiloquium.
28 ſtultiloquium.
29 Proferre verba garrula.
30 Iactantia verborum.
31 Peccatorum defenſio.
32 Clamor.
33 Riſus intempeſtiuus.
34 Cachinnus.
35 Cantare cantilenas mundanas.
36 Murmurare.
37 Iniuſtam cauſam aduocare.
38 Malum commendare.

PECCATA OPERIS.
quę quandoque mortalia
& quandoque venia-
lia ſunt.

1 GVLA.
2 Luxuria.
3 Ebrietas.

4 Simo-

4 Simonia.
5 Sacrilegium.
6 Violatio festorum.
7 Indigne communicare.
8 Votorum fractio.
9 Apostasia.
10 Dissolutio ĩ diuino officio.
11 Scandalizare.
12 Exemplum malum dare.
13 Lædere hominem in rebus, persona aut honore.
14 Furtum.
15 Rapina.
16 Vsura.
17 Deceptio.
18 Ludus prohibitus.
19 Vendere iniuste.
20 Exigere iniuste.
21 Telonia iniusta.
22 Auscultare mala.
23 Ioculatoribus dare &c.
24 Necessaria subtrahere.
25 Superflua sumere.
26 Consuetudo peccandi.

27 reci-

27 Recidiuatio.
28 Simulatio in operibus.
29 Exercitium illicitum.
30 Choreizare.
31 Nouitates inuenire.
32 Maioribus rebellare.
33 Minores opprimere.
34 Delinquere.
35 Visu,vel
36 Auditu,vel
37 Gustu,vel
38 Odoratu,vel
39 Tactu
40 Lucta,
41 Osculis.
42 Muneribus
43 Lusibus,vel huiusmodi;

PECCATA OMISSIO nis quę quandòque mortalia,& quandoq; venialia sunt.

1 DE Deo quando oportet non cogitare.

2 Ip-

2 Ipsum non timere.
3 Gratias de beneficijs non agere.
4 Opera, quæ quis facit, ad ipsum non referre.
5 De peccatis, sicut par est, nō dolere.
6 Ad gratiam recipiendam non se prępararę.
7 Gratia accepta non vti.
8 Gratiam acceptam non conseruare.
9 Ad inspirationes Dei non se conuertere.
10 Voluntatem suam diuinæ non conformare.
11 Ad orationes diuinas non attendere.
12 orationes debitas omittere.
13 Quæ quis tenetur ex voto, vel officio vel pręcepto, negligere, vel tardare.
14 Horas canonicas non recitare, quod est mortale in existēte in

te in sacris & in quibusdam alijs.

15 Non residere in Ecclesia curata, quod est mortale in curato, vt habetur in concilio Tridẽtino sess. 23. c. j. de Ref. & tenetur ad rest. pro rata absentię temporis, vt patet ibidem.

16 Ecclesias non frequentare.

17 Prædicationes dimittere.

18 Tentationi non resistere.

19 Pœnitencias iniunctas negligenter facere.

20 Statim facienda differre.

21 Bonis proximi nõ congaudere.

22 Malis eius non dolere.

23 Iniurias non remittere.

24 Fidem proximo nõ seruare.

25 Delinquẽtes quando oportunum est non corripere.

26 Lites non tollere.

27 Ignorantes non instruere.

28 Afflictos non consolari.

29 Admonitionibus non acquiescere.

Nota quòd omnium malorum radix est ingratitudo, ex qua primò prodit Superbia, & exea deinde Auaritia, Quę duo omnium malorum radices esse, dicuntur. vnde Augu stinus in soliloquiis capi. 8. loquens ad Deum sic ait. Scio namque domine quòd ingra titudo multum tibi displicet quę est radix totius mali spiri tualis, & ventus quidam desic cans, & vrens omne bonum, obstruens fontem misericordię tuę super hominem.

Augu. in Solil.

CONDITIONES & circunstantię aggrauan tes peccata.

1 ORDO conditio, status dignissimus, ętas.

2 Co

2 Copia,cauſa,modus, mora,
Iucta puſilla,ſciensque.
3 Et tempus,doctrina, locus,
Numerus, Recidiuum.
4 Hęc plerunque ſolent grauiores reddere culpas.

QVANDO MORTALIA,& quando venialia eſſe dicantur: dicũntur autem tũc eſſe mortalia,

1 SI actus ipſe ſit notabiliter contra charitatem Dei, aut proximi.
2 Aut ſit contra pręcepta dei, vel eccleſię, vel leges humanas, factaș ob bonum publicum.
3 Aut ſit contra vota, vel conſtitutiones iuratas, vel aliàs, obligantes ad mortale Putà

si pręcipiatur in virtute sanctę obediẽtię, aut huiusmodi.

4 Aut sit contra conscientiã dictantem esse mortale.

5 Aut si adsit cõtemptus, vel ponatur finis in creaturã, quod quidẽ cognosci potest, cum quis potius est paratus peccare, quam relinquere, talem creaturam.

Dicuntur verò venialia propter imperfectionẽ actus, aut etiã propter eius modicitatem: aut quia non sunt contra prę dicta, sed pręter &c.

TRACTATVS

COMPENDIOSVS CASVVM RESERVATORVM

tùm Roma. Pont., tum locorum ordinariis, ſpeciatim, ac etiam iure Canonum.

Cui acceſsit tractatus excōicationum, quæ continentur in extrauagantibus, nōdum regiſtratis in corpore iuris, vsq; ad Greg. XIII. nūquàm anteà apud Sūmiſtas, editus.

CASVS EXCOMMVNICAtionis, ſpeciatim reſeruati Rom. Pont. ex Bulla, quæ lecta eſt in die Cenę Domini, ſub Greg. XIII. qui eā in multis auxit, & aliqua mutauit, anno primo Pōtificatus ſui. MDLXXIII.

HI EXCOMMVNICA-
tionis casus, qui sequuntur,
ex Bulla ipsa summatim,
breuiq; ordine descripti
sunt. Si tamẽ casus
eiusmodi incide-
rit, qui dubius
sit, & ancipi
tem
absoluendi curam afferat; vt
certa sit, & explorata illius
ratio; Bullæ ipsius &
verba, & sententiam
spectari, diligen-
terq; perpẽdi,
oportebit.

IN DICTA BVLLA
in cœna D. excommuni-
cantur & anathema-
tizantur.

HERETICI, Schismati-
ci, eorum fautores, defen-
sores

ſores; qui illos item recipiunt; & qui eiſdem credunt.
Qui ab Apoſtolice ſedis Obedientia recedunt.
Qui hæreticorum libros ſcienter quouiſmodo legunt; domi ſuę habent; imprimunt; vel quoquomodo defẽdunt;
Qui appellant à Papa ad futurum Concilium; Quiuè ea de re conſilium, auxilium, aut fauorem prę́ſtant.
Piratæ; eorum fautores; receptatores; Qui itèm eis auxiliũ dant, idque ſcienter.
Qui naufragium facientium bona rapiunt, accipiuntùe; aut ab alijs rapta acceptaùe, capiunt.
Qui nouas gabellas, ſeu Pedagia, ad id poteſtatem non habentes, imponunt, vel prohibita exigunt. Nota ſecundam partẽ cõtra exactores.
Qui literas; & ſupplicationes A

postolicas, siue manu Pontifi cis, siue eius mandato, signatas, adulterauerint.

Qui equos, arma ferrum, resque alias omnes prohibitas, ad infidelium regiones, prouinciasúe important.

Qui ipsos infideles certiores faciunt de rebus ad statum christianę Religionis pertinentibus; aut, qui eis consilium, auxilium, & fauorem dant.

Qui fœdus initum contra turcas, quomodocunque impedire, aut perturbare pręsumunt.

Qui inuadunt aut impediunt eos, qui ad vrbem Romam important res, ad victum, & vsum Romanę Curię necessarias.

Qui perturbant itèm ne importentur; Quiue defendunt; vel talia fieri faciunt.

Qui

Qui ad Sedem Apostolicam accedentes, & recendentes ab eadem, offendunt.
Qui item iurisdictionem ordinariam, delegatamúe non habentes, propria temeritate illos lœdunt, qui in eadem curia morantur.
Quique meditato, & proposita animi deliberatione, ijs ipsis iniuriam inferre audent.
Quiue talia fieri iubent, aut mandant.
Qui in S.R.E. Cardinales, prelatosúe, ac Nuntios, manus inijciunt.
Qui item Sedis Apostolicę legatos, ac Nuncios, ex vrbibus, oppidis, Ditionibusque suis eijciunt; aut patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos à suis Diœcesibus expellunt.
Qui preterea hęc ipsa fieri mandant; seu consilium dant;

Quo casu extensum est c. fęlicis. à Pio V. P. Maxi. lata extrauagã. conit.

aut auxilium prestant.

Qui per se, per aliumùe offendunt eos, qui negotiorum suorū causa ad curiam Rom. confugiunt.

Qui item lędunt illos, qui in eadem curia suas causas agunt, eorumùe iudices, aduocatos, procuratores, negotiorumùe gestores; & idem, qui per se, vel alium, quomodocunque prędicta exequi, vel procurare, vel in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem, non verentur (cuiuscunque sint preeminentię) prestare.

Qui prohibent quominus literę Apostolicę citationes, mandata, & alia eiusmodi; quę à sede Apost. emanant; executioni demandentur, sine eorum consensu, vel examine, & forsan certo pretio soluto; Quiùe impediri procurant.

Qui eorũ ipsorũ, à Sede Apost. quouis nomine emanantiũ, executores capiunt; detinent; capiue, aut detineri mandant.

Qui vetant ne literis, & mandatis sedis Apost. pareatur, nisi impetrato ante eorum concessu.

Qui prohibent ne Notarij, de earum literarum, & mandatorum executione, instrumenta, actaùe conficiant; aut confecta eis tradant, quorũ interest.

Qui quouis modo prohibent, ne, qui ob causas suas agendas, aut ob gratias, literasque impetrandas, ad curiã Rom. confugiant; Neue literas ipsas à Sede Apostolica impetrẽt, impetratisùe vtantur.

Quiùe eas ipsas literas apud se, aut apud aliũ retinere audẽt.

Qui homines ecclesiasticos, ecclesiarum collegia, aut conuentus, in fori sui iudicium trahunt; trahiue iubent; aut quouis modo procurant, præter iuris Canonici dispositionem.

Nota omnes particulas cōtra offendētes. eccl. l. b.

Qui statuta, Constitutiones, aut Decreta queuis alia faciunt in genere, vel in speties; quibus ecclesiastica libertas quouis modo, læditur, imminuiturùe, vel quouis modo restringitur; seu sedis Apost. iuribus quoquomodo preiudicatur.

Alibi cō prehēdūtur etiā dantes. cōs. aux. uel fau.

Qui Iudicum ecclesiasticorum Ordinariorum iurisdictionē quomodolibet impediunt, quo minus ipsi sua iurisdictione contra quemcunque vtantur, pro vt iura Canonica statuunt.

Qui ecclesiastica bona vsurpant

Surri

Surripiunt; & absque sedis Apost. permissu sequestrant.

Qui Decimas, aut onera quęcunque hominibus ecclesiasticis imponunt; taliaque ab eis exigunt; exigiue procurant: aut à sponte dante accipiunt, aut in eisdem assensum auxiliumue pręstant. Nota illud verbū, à spōte dāte.

Item laici qui in causis capitalibus, criminalibusue contra homines ecclesiasticos se quouismodo intromittunt.

Officiales laici, & prelati, item, qui spirituales causas, spiritualibusque annexas, ab ecclesiasticis iudicibus auocant.

Qui autoritate laicali literarū, mandatorum Apostolicorū executionem, causarumue, ecclesiarumue cursū, & eos item impediunt, qui ipsas causas exequi voluerint.

Qui item illarum causarum cognitio

gnitionem sibi vsurpauerint.

Qui statuunt, compelluntúe vt, qui literas à sede Apost. impetrauerint, eas reuocent, efficiantque, vt reuocentur: & qui illarũ literarum virtute, censuris irretiti sunt, ab eis absoluantur.

Qui peregrinos, religionis causa ad vrbem venientes, in ea morantes, ab eadem discedentes, offendunt, offendentibusùe auxilium, consilium, aut fauorem pręstant.

Qui terras, seu iura, Ecc. Rom. quouismodo occupant, vel inuadunt, aut occupare, inuadereùe audent.

Quiùe occupantibus, vel inuadentibus, auxilium, fauorem, & consilium dant.

Qui bona palatij Apostolici rapiunt, vel rapta scienter, quauis causa tenent.

Qui

Qui contra pręscriptum Bullę peccantes absoluere pręsumpserint; nisi in articulo mortis; & tunc pręstita cautione de stando S.R.E. mãdato; vel satisfaciendo, &c.

Quomodo autẽ in articulo mortis, & in casib⁹, 12. quos Six. 4. ponit in Extrauag. & si Dominici. De Pœnit. & rem. sic ait Caiet. in Summula de excomm. cap. 77. Nota casus huiusmodi dupliciter inueniri Primò vt non remanserit pœnitens ad satisfaciendum obligatus, & tunc potest in articulo mortis quilibet absolui cum promissione, vel iuramẽto, quod pręsentabit se (si euaserit) potenti legitimè absoluere; Non quidem pro absolutione; sed ad standum mandatis ecclesię: Si autem pœnitens remanserit obligatus

12. casus Sixti 4. quomodo obseruandi cũ his &c.

De hoc etiam superius videas.

De hoc etiam ui. D Tho. 3. P. i ad dit. q. 8. ar. 6. ad 2.

tus ad satisfaciendum, prẹmitti debet (si poteſt) satisfactio: quòd, si nõ poteſt, tunc prẹſtare debet idoneam cautionem antequàm abſoluatur: pro vt ipſe Papa mandat.

Quæ ſit cautio idonea.

Vocatur autem idonea cautio, Pignoratitia, Quòd, si hanc non poteſt, det fideiuſſoriam; &, si hanc etiam non poteſt, det iuratoriam. & in hoc aduertant benè confeſſores ne illaqueentur &c. & hactenus de reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, in qua fuſius hęc videbuntur, & quia quotannis ea poſſet innouari, curandum eſt, vt ſingulis annis ab Ordinarijs, vel alia via, inquiratur an aliquid innouatum fuerit in ea, nec ne. Sciendum eſt autem ſingulos curatores animarum quotannis teneri

Confeſſores debent aduertere.

Nota quãto uinculo aſtringãtur curati ad publicandũ hanc Bullam.

ad

ad publicationẽ Bullę in cœna domini sub pœna peccati mortalis. Postremò sciendũ est nihil omninò obstare contra sententias contentas in dicta Bulla cœnę Domini; neque etiam, (vt Pius.v.addidit) cuiusuis Concilij generalis canones.

Nulla lex ac nullũ priuilegiũ ualet cõtra hãc Bullam.

ALII CASVS EXCOMMVNICATIONIS, NON RESERVATI in Bulla Cœnæ Domini:

Sed tamen reseruati Summo Pont. iure Canonum.

Ex decreto,& decretalibus.

QVI suadente diabolo id sacrilegij admittit, vt manus violentas in clericũ vel monachum inferat. c. si quis suadente. 17. q. 4.

Quiue huic rei consilium dat, aut assentitur. c. mulieres. de sent. excom.

2 Clerici, qui scienter, & sponte in diuinis participant cum excõmunicatis à Papa ipsos in officio recipiendo cap. significauit. de sent. excom.

Hec exc. al. quãdo potest esse episcopalis.

3 Qui scienter in Crimine. crimino-

minoso communicat cũ eo, qui nominatim excommunicatus est, consilium, auxiliũ, vel fauorem illi dando. cap. Nuper. de sent. excom. Pro quo etiam vide cap. si concubinę. eod. tit.

EX SEXTO DECRETALIUM.

Idem dicitur de excõmu. ep.s.

4 ILLE, qui propter mortis articulum absolutus ab excommunicatione Papali, postquàm conualuerit, quàm citò commodè potest, cõtemnit se pręsẽtare. cap. eos, qui. de Sent. excom.

5 Item qui hostiliter. S. R. E. Card. fuerit insecutus, vel percusserit, aut ceperit, &c. cap. fęlicis. de pœnis.

Hodie ẽ in Bulla Cęnę D.

6 Qui nullo sedis Aposto. concessu,

cessu, assentiunt nominationi, aut electioni Senatoris vrbis Romę, aut eius, qui ipsius vrbis gubernationi pręesse debet. cap. fundamenta. de Elect.

EX CLEMENTINIS.

Hodie ẽ in Bulla Cęnę D.

7 Qui iniuriosè, vel temerè aliquem episcoporum percusserit, ceperit, vel banniuerit, vel fieri mandauerit; aut facta ab alijs rata habuerit, vel consilium, auxilium, vel fauorem dederit. cap. si quis, de pœnis.

8 Inquisitores, & sanctę inquisitionis ministri odio, gratia, vel quęstu, alioue commodo ducti, qui in hæreticis inquirendis negligentes sunt, vel falsò hæresim imponunt, cap.

cap.multorum.de Hæret.

9 Religioſi, qui abſoluunt excommunicatos à canone, vel à Sententijs promulgatis in conſtitutionibus Prouincialibus, aut Synodalibus.de priuil. cap. Religioſi. eidem cenſurę ſubiacent, ſi pręſumant abſoluere à culpa, & pœna. Caueant Relig.absol.à caſibus reſer.epiſ.i Synodo.

10 Religioſi, qui, non impetrata à parochis facultate, ſacramenta euchariſtię, aut extremę vnctionis miniſtrant, aut Matrimonium ſolemnizant. cap. Religioſi.de priuileg.

11 Religioſi & clerici ſeculares qui alios inducunt ad vouendum, promittendumue, vt in ſuis eccleſijs ſepulturas eligant, vel iam electas ne mutent.cap. cupiẽtes. de pœnis.

12 Qui prohibent quominus publicè excommunicati, interdi-

terdictiùe, de ecclesia exeāt, quo tempore Missæ sacrificium fit, si eis à celebrantibus denuntiatum sit, vt de ecclesia abeant. cap. Grauis. de sent. excom.

13 Excõmunicati, interdictiùe publicè, si à celebrantibus moniti fuerint, vt de ecclesia exeant, idque facere recusarint, neglexerintùe, cap. eod. vt supra.

14 Principes, & illustres viri, qui interdicti generalis tempore, cogunt aliquem sacerdotem celebrare. cap. Grauis. de sẽt. excom.

IN EXTRAVAGANtibus.

15 QVI corpus mortuum in frusta incidunt, & in

in aqua coquunt, vt oſſa ſeparent à carnibus. Bonif. 8. in extrauag. de ſepult. cap. 1.
16 Qui interdictum ab Apoſtolica ſede promulgatum violant. cap. & ſi dominici. de pœnit. & Remiſſ.
Item conſpirantes in perſonam Rom. pontificis. ibidem.
17 Qui aliquid ex pacto dat, aut recipit pro ingreſſu religionis. cap. ſanè ne in vinea. de Simo.
18 Qui dant, recipiuntùe, quomodocunque, aliquid ſimoniacè, in Ordine ſuſcipiendo, aut beneficio conſequendo. Paulus. 2. Cum deteſtabile. De Simo. & Mart. v in Conc. Conſtant. cap. multę, & Pius. V. cũ primùm. & Six. & ſi dominici de pœnit. & remiſſ.
Item, qui in dicta ſimonia mediatores, procuratoresùe extiterint.

rint.ibidem.vt supra.

19 Religiosi mendicantes, qui transeunt ad ordinem non mendicantium, facultate à sũmo Pont.non impetrata, prȩterquàm ad ordinem carthusiensium. Mart.v.viam ambitiosȩ.de Reg.& trans.ad. Relig.

Item, qui eos in suos ordines adscribunt.cap.eod.vt supra.

20 Qui Cardinalium, & aliorũ in conclaui existentium, vel etiam ipsius electi in Papam, domos,res, & bona eorum, violenter inuadere, recipere, occupare,& transportare prȩsumunt; & qui ad id consilium, auxilium, vel fauorem prȩstare prȩsũpserint. in cõc. cõst.sess.41.cap.omnis ætas.

Isti casus dicuntur esse 12. & caiet. ponit. c. 77.in Sũmula.

21 Confessores, qui absoluunt excommunicatos à casibus, & censuris, quȩ in extrauaganti

ganti sixti quarti reseruãtur, cuius initium est,& si dominici. De pœnit. & remiss.

22 Qui asserere audent, in heresim, aut peccatum mortale eos incurrere, qui B. virginẽ ab originali peccato fuisse preseruatam dicunt, & è contra. Six. 4. Graue nimis, & concilio Trid. sess. 5. in fine decreti de peccato originali. Hoc idẽ Pius V.

Itẽ, qui libros, in quibus hoc asseritur, pro veris legere, tenere, habereùe ausi fuerint. in ead. extrauag.

23 Qui dant, accipiuntùe, promittunt, paciscunturùe aliquid, vt in curia Rom. iustitiam, vel gratiam alicuius rei obtineant. Qui item huius criminis reos nõ denuntiant. Bonif. 8. De sent. excom. cap. 1. Hęc excommunicatio nisi esset registrata in corpore iu- Clem. V. reuocauit, ut ait pal. Ang. Syl. Tabie. Nauar. & alii.

ris, non fuisset hîc posita; quia hodie est abrogata; & ideo non ligat.

24 Cardinales, qui, sede vacãte, constitutioni de electione Rom. pont. facienda sine Simonia, contrauenire presum pserint Iul. 2. cũ tàm diuinũ.

25 Qui monasteria ingrediuntur monialium ordinis prędicatorum, Franciscanorumue in casibus non concessis. Bonif. 9. & Eug. 4. in priuilegijs vnius, & alterius ordinis.

26 Qui libellos conficiunt, scriptaue vlla contra fratres ordinis prędicatorum, & Franciscanorum; & tandem, qui in septem casibus, eorum ordinibus iniuriam inferunt. Alex. 4. in eorum priuil.

27 Qui negant eiusdem ordinis fratribus licere eleemosynas

querere, aut prędicare, aut confessiones audire (si adsit facultas summi Pont.) sine consensu aliorum prȩlatorũ inferiorum, Rectorum ecclesiarum, aut parochorũ. idem Alex. & Bonif. 9. in priuil.

28 Qui in monasterijs, ecclesijsue suis, apostatas detinent eiusdem ordinis; nisi illos eiecerint, vbi ipsis denuntiatum erit. idem in priuil.

29 Magistri, & doctores studij parisiẽsis, qui fratres prędicatores, & Minores à consortio vniuersitatis parisiensis reijciunt, Item alij,

30 Qui violentiam exercent cõtra loca ipsorum. in priuileg. eiusdem ordinis. Alex. papa.

31 Qui ad sepulchrum Domini accedunt sine licentia papę. In libro pœnitentiarię habetur vt refert Archiep. florẽt.

par.3.tit.25.C.30.

32 Cardinales sanctę Rom.eccl.qui aliquid patefaciunt vetitum in cōcistorio à papa reuelari, vnde aliquid prȩiudicij, vel scandali nascitur. Leo. x.sess.9.in Conc.later.

33 Qui in sermonibus, & in prędicationibus miracula falsa, incertaûe, populo prędicant, Qui item prophetias, ex sacra scriptura non desumptas, prędicare audent; ecclesięùe prȩlatis, aut suis superioribus detrahere, ausi fuerit. Leo.x. in conc.later.sess 11.

34 Quicunque ministri papę, & omnes officiales, etiam episcopali dignitate fulgētes (p̄ter Cardinales) in terris ecclesię exercētes officiū quodcunque, accipiunt munera, preter comestibilia, & potabilia, quę biduo consumi possunt:

ſunt: & ſimiliter dantes:& tenentur illud reſtituere. Paul. 2.Munera.

CASVS EXCOMMVnicationis, epiſcopis iure canonum reſeruati.

EX DECRETO ET decretalibus.

35 PRINCIPES, & Iudices qui ter admoniti negligunt clericis iuſtitiam facere.23.q.5.cap. Adminiſtratores.

36 Qui de tertię partis Cardinalium nominatione confiſus, papę ſibi nomen vſurpat:& qui ipſum recipiunt, & qui à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinaliũ electus, gerit ſe pro papa, niſi maior

concordia intercesserit cap.licet.de elect.
37 Qui audent affirmare ordinationes ab Octauiano, & Guidone factas, ratas esse.cap.1. de schismat.
38 Qui vsurpant episcopatum in ciuitate, Diœcesiùe, vbi populi diuersis linguis vtentes, varios ritus sub vna fide habent.cap. Quoniã.de off.ord.
39 Clerici, Monachiùe, qui accipiant officium vicecomitis, aut prępositi secularis, si moniti non resipuerint.cap.clerici. Ne clerici, vel Monachi.
40 Religiosi extra claustrum, & alij clerici, quamlibet dignitatem, personatum, aut officiũ obtinentes, vt Archidiaconi, plebani, Decani, prępositi, cantores, & item Presbyteri, qui leges, vel physicam audiunt; nisi infra duos menses

dicti

dicti religiosi redierint; alij verò, nisi infra dictum tempus destiterint. cap. vlt. Ne cler. vel monachi.

41 Magistri, scholaresue, qui Bononiæ aliorum scholarium hospitia, durante locatione, conducunt, sine eorum consensu. cap. 1. de locatione.

42 Qui seruari faciunt statuta edita & cõsuetudines seu potius abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem; & item statutarij, scriptores statutorum, Potestates, Consules, rectores, & Consiliarij locorum vbi ea fuerint edita, vel seruata, ac etiam secundum ea præsumentes iudicare, & si qui in publica forma scribunt huiusmodi iudicata. cap. Nouerit. De sent. excom. Hodie ē in Bulla cenæ D.

EX SEXTO DECRE talium.

Hodie ẽ in Bulla cęnę D.

43 DOMINI tẽporales, vt Princeps, Senator, Consul, potestas, & huiusmodi, qui non obseruauerint infra mensem. cap. Fœlicis. de pœnis. cum omnibus, quę ibi continentur, contra offendẽtes. S. R. E. Cardinales. cap. eod.

44 Qui quempiam christianum per quoddã genus hominũ, quos vocant assasinos, interfecerit, interficiùe mandauerit, quamuis mors non sequatur; Qui item eos receperint, & defenderint, occultauerint ùe cap. pro humani. de hom.

Hodie ẽ in Bulla Cęnę D. Si tamen de hoc fiat statutũ restrigẽs libertatẽ eccl.

45 Domini, temporales, qui prohibent ne homines sibi subiecti quippiã vẽdant, emãt, aliaùe

aliaùe obſequia preſtent hominibus eccleſiaſticis. c. eos de immunit.eccl.

46 Qui eccleſias, & homines eccleſiaſticos cõpulerint ad pedagia,& Guidagia ſoluenda. cap. Quanquam.de cenſib.& item, qui ea exigunt, vel extorquent per ſe, vel per aliũ. ſuo nomine, vel alieno, cuiuſcunque ſint conditionis.

Hodie ẽ in Bulla Cęnę D. ſecũdum Syl.Tab. & Armil. & Franc. à Toleto.

47 Qui regalia, cuſtodiam, vel titulum aduocationis, aut defenſionis in locis pijs vacantibus vſurpare conantes, bona eccleſiaſtica occupant. cap. generali.de elect.

Hodie uidetur eſſe Papalis p cõc. Trid.ſeſſ. 22.c. 11.

Item clerici eccleſiarum, & Monachi monaſteriorũ, qui hoc fieri procurant. ibidem.

48 Clerici, qui locãt domos manifeſtis vſurarijs ad fęnus exercẽdum in terris ſuis. cap. 1. de vſuris.

Hodie ē in Bulla Cenę D. addita p Greg. 13.

49 Qui per se, vel per alios, impediunt litigantes in foro ecclesiastico in causis, quę de iure, vel consuetudine ad dictũ forum pertinent, & item; qui volentē litigare compellunt, aut compelli faciunt, vt cesset, aut id procurant per se, vel per alios; aut ad id consilium, auxilium, vel fauorem pręstant. De imm. eccl. cap. Quoniam.

50 Qui pignorationes, seu represalias, aduersus personas ecclesiasticas, seu bona ipsorum, concedunt, vel extendunt; nisi infra mensem reuocauerint. cap. 1. de iniurijs.

51 Qui fictione, fraudeue vtuntur, vt iudex ipse vadat ad mulierē pro testimonio. cap. Mulieres. de iudic.

52 Vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis,

neque

neque abſtinent ab ijs, vnde in ipſis electionibus diſcordię oriri, nutririùe poſsint. cap. indemnitatibus. de elect.

53 Qui quaslibet perſonas eccleſiaſticas, ad quas ſpectat electio in monaſterijs, pijsùe locis; aut eorum item conſanguineos, quouis modo offenderint: eò, quòd eligere noluerint perſonam, ad cuius electionem inducebantur. cap. ſciant cuncti. de elect.

54 Qui compellunt prelatos, eccleſiaſticosùe homines, vt eccleſias ſuas, earum prędia, iuraùe laicis ſubijciant. cap. conſultiſsimè. de reb. eccl. non alien.

55 Pars, quę procurat vt de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, ſeu violentijs, conſeruatores ſe intromittant, vel ſuã oſtendant poteſtatem ad ea, quę

iudicialem indaginem requi runt.cap.hac cõstitutione, de off.deleg.

56 Domini temporales, seu Re ctores, vel officiales eorum, circa negotium inquisitionis contra hereticos, deficientes, & omnes, qui in hoc dederint consilium, auxilium, vel fauo rem. cap. vt inquisitionis. de hereticis.

Hodie ẽ in Bulla Cenę D. nec req-ritur mo nitio.

57 Offendentes libertatem ecclesiasticam, quantùm ad im munitatem à collectis, & exa ctionibus; & vsurpantes iuris dictionem prelatorum, si tamen moniti nõ desistant.cap. non minus. De imm.eccl.& comprehenduntur etiam fau tores. Successores autem in officio, elapso mense subiacẽt excommunicationi, si satisfa cere recusauerint.

58 Qui in conclaue scriptum, nuncium

nunciumùe, Cardinali cuipiã miſerit, aut ſecretò cum eo locutus ſit. cap. vbi periculum. de elect.

59 Domini. Rectores, & alij Magiſtratus vrbis, oppidiùe, vbi pontificis noui creatio tractatur, ſi diligenter, aut inuiolabiliter ea non obſeruauerint, quę ſibi eo in negotio cõmiſſa ſunt, ac ſi fraudem commiſerint. cap. eod.

60 Qui, non impetrata à ſummo Pont. facultate, nouum, religionis habitũ aſſumunt, vota nuncupantes, ſimulque in cõmuni viuentes. cap. vnico, de Relig. dom.

61 Sepelientes in loco ſacro hæreticos, credentes, receptatores, vel fautores eorum. De hęret. Quicunque.

62 Qui reuocationem excommunicationis, ſuſpenſionis,

Inter-

Interdictiue, aut absolutionem extorquent vi, vel metu. cap. 1. de ijs, quę vi, vel metu.

63 Doctores, qui leges, aut medicinam docent religiosos in scholis suis, eos retinentes deposito eorũ habitu. Item ijdẽ religiosi, qui, non impetrata à superioribus suis facultate, ad studia quęuis se contulerunt. cap. 2. Ne cler. vel monachi.

64 Religiosi quicunque professi, taciti, vel expresi temere dimittentes habitum suę religionis. ibidem.

EX CLEMENTINIS.

65 MONACHI, qui intra septa monasterij, sine Abbatum suorum licentia, arma tenent. 1. De statu mon.

66 Reli-

66 Religiosi, qui proferunt aliqua, vt audientes deterreant à solutione decimarum. cap. cupientes. De pœnis.

67 Religiosi item, qui ab officio prędicationis (quia confitentibus, de soluendis decimis sciēter post posuerint cō scientiam facere) suspensi, prędicare pręsumunt, dicta negligentia ipsius non purgata ibidem.

68 Qui prohibent sequestrationem beneficij à sede Apost. decretam. Qui item fructus sequestri nomine depositos, occupare quouismodo audent. de sequestr.

69 Qui postquam moniti fuerint, monialium, aut mulierum canonicarum seculariū visitatores in suo officio impedire pręsumunt. cap. attendentes. de stat. monach.

70 Religiosi mendicantes, qui immoderatè habitacula acquirunt, vel dimittunt; vel transferunt in alios vsus. cupientes. de pœnis.
71 Officiales communitatum, quiùe potestate prędìti, vsuras quibusdā statutis fouent, & item ordinātes quòd, cum repetuntur vsuræ, non plenè restituantur, & Iudices secundum dicta statuta pręsumentes iudicare. de vsuris. cap. 1.
72 Qui in gradibus consanguinitatis, affinitatisùe prohibitis, scienter matrimonium cōtrahunt; vel cum monialibus professis; Quiùe in Religione, aut sacris ordinibus constituti, hoc admittunt. cap. 1. de consang. & affinit.
73 Qui in cęmeterijs, interdicti tempore in casibus à iure nō concessis, quoscunque aut ex

communi-

communicatos publicè, vel nominatim interdictos; aut manifeſtos vſurarios, ſcienter ſepelire audent. 1. de ſepult.

74 Religioſi, qui adminiſtrationem, eccleſiaſticaue beneficia non obtinent, ſi decimas eccleſijs debitas vſurpare audent; niſi, poſtquàm moniti ſunt, intra menſem deſiſtant, & ſatisfecerint eccleſijs duorum menſium ſpatio de damnis, quę ob id paſſę ſunt. Religioſi. de decim.

75 Monachi, aut Canonici Regulares, adminiſtrationē aliquam non habentes, & ad curias principum, ſine ſpetiali licētia ſuorum pręlatorum, ſe conferentes, vt eis aliquod damnū inferant. de ſtatu monach. cap. 1.

76 Religioſi nō ſeruantes interdictum, aut ceſſationem à di-

uinis, positam auctoritate sedis Apost. aut à loci ordinario, quando tamen ea seruat cathedralis; aut aliàs matrix ecclesia. cap. ex frequentibus de sent. excomm.

77 Mulieres statum Beghinarũ sectantes; aut, quę nouum suscipiũt; religiosi item, qui eis consilium, auxilium, fauorẽue dant. 1. de relig. domib.

IN EXTRAVAGANTIBUS.

78 QVI literas papę, antẽ suam coronationẽ factas, tanquàm irritas, impugnant. Bened. x 1. aut., secundum alios, clem. v. Quia non nulli. de sent. excomm.

79 Qui assumunt statũ, sectamue fraticellorum, Bizochorũ, & Beg-

& Beghinarum, vel perseuerant in eo: & Prelati, qui eis hoc concedunt. Ioan. 22. cap. sancta Romana. de relig. domibus.

30 Qui bona ecclesiastica alienant; & qui alienata recipiunt, contra formam ibi contentam, absque sedis Apost. auctoritate. Paul. 2. ambitiosè. de reb. eccl. non alien.

31 Qui impediunt legatos, Nũtiosùe Apostolicos, ne recipiantur, neque ea faciant, quorũ causa missi sunt. cap. super gentes. de consuet.

32 Qui librum, aut quamcunque scripturam imprimunt, vel imprimi facere presumũt, nisi prius, in vrbe, per vicariũ, & sacri palatij Magistrum; in alijs vero Diœcesibus, ab episcopo, alioue perito homine, quẽ is delegerit, & ab Inquisitore,

Vide Cõcil. Trid. Sess. 4. quãtũ ad libros sine nomine authoris.

sitore, liber, scripturaue comprobata sit Leo.x.sess.x. in cõcilio Lateran. & ĩ Indice lib. proh, Reg.x.

83 Qui prędicando, vel disputando, audēt impugnare mõtes pietatis, Leo.x. in concilio Lateran.

Contra Caiet. in súmula.

EX CONCILIO tridentino.

84 Contra eos, qui docere, pdicare, vel ptinaciter asserere, seu ēt publicè disputãdo defendere pręsumũt quòd illis, quos conscientia peccati mortalis grauat (quantumcũque se cõtritos existimēt) habita copia confessoris, non necessariò prępmittēda sit cõfessio sacramentalis, ad dignè sumendum eucharistię sacra

mentum.seff.13.can.11.

85 Contra eos (etiam Imperiali dignitate fulgentes) qui alicuius ecclesię, seu cuiusuis secularis, vel regularis Beneficij, Montium pietatis, aliorũque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, quocunque modo; & item fructus, emolumẽta, seu quascunque obuentiones per se, vel per alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, quocunque quęsito colore, aut arte, in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare pręsumũt. seff. 22. c. 11. & est papalis absolutio. est ẽt in Bulla cęnę D.

86 Item, qui (etiam Regali dignitate fulgentes) impedire pręsumunt, ne ab ijs, ad quos pręfati fructus iure pertinẽt, percipiantur. & est papalis ab

solu

solutio, ibidem. Quòd si eiusdē ecclesię patronus fuerit, etiam iure patronatus, vltra prędictam pœnam, eo ipso priuatus existit.

87 Itē clerici, qui nefandę fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricatores, seu cōsentientes fuerint eidem censurę subiacent, nec non quibuscunque beneficijs priuati existūt. ibidem.

88 Contra eos qui falsò affirmant matrimonia à filijs familias, sine consensu parentū contracta irrita esse & parentes ea rata, vel irrita, facere posse. sess. 24. cap. 1. de ref. matr.

89 Contra raptores mulierum, ac omnes consilium, auxiliū, & fauorem prebentes. ibidē. cap. 6. & est episcopalis absolutio, & tales sunt etiam perpetuò

petuò infames, omniumque dignitatum incapaces, ac tenentur raptam dotare.

0 Cõtra dominos, ac Magiſtratus, ac alios cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtentes, qui quouis modo directè, vel indirecte, ſubditos ſuos, vel quóſcunque alios, tàm viros, quàm mulieres, cogunt quominus liberè matrimonia contrahant, nempè quando ſpe magnę hereditatis eos, aut eas, illis nubere faciunt, quibus nollent; & eſt epiſcopalis abſolutio. ibidem c.9.

1 Contra omnes Magiſtratus ſeculares, qui ab epiſcopis requiſiti, non prębent auxilium brachij ſecularis, vt clauſura ſanctimonialiũ conſeruetur, & vbi violata eſt, reſtituatur. ſeſſ. 25. cap. 5. de Reg. & eſt epiſcopalis abſolutio.

In casib. tantũ ne cess. licẽtia põt dari. sess. 25.

92 Contra omnes cuiuscunque generis aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, qui, sine episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, ingrediuntur intra septa monasterij Monialium, ibidem. & est episcopalis absolutio; est tamen papalis, quantùm ad monasteria monialium ordinis prędicatorũ, vt superius dictum est.

93 Contra omnes, quacunque dignitate fungentes, qui quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, vel aliam quancunque mulierem inuitam ad ingrediendũ monasteriũ, vel ad suscipiendum habitũ cuiuscunque religionis, vel ad emittendam professionẽ ibidem. cap. 18. & est episcopalis absolutio.

94 Item contra omnes, cuiuscunque

cunque qualitatis fuerint, qui ad prędicta, consilium, auxilium, vel fauorem dederint. ibidem.

95 Item contra eosdem tam clericos, quàm laicos, seculares, vel regulares, qui scientes aliquã ex prędictis mulieribus, non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquomodo eidẽ actui, vel pręsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint, ibidem.

96 Item cõtra pręfatos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum, voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo sine iusta causa impedierint. ibidem.

97 Cõtra Imperatorem Reges, Duces, principes, & alios quoscunque, qui locum ad

P Monoma

Monomachiã (hoc est duel lũ) in terris suis inter christi anos cõcesserint.sess.25. cap. 19.de Ref. & est episcopalis absolutio. quoad verò Domi nos inferiores Imperatore,& Regibus,est papalis, vt patet inferius sub numero. 114.

98 Item contra pugnam cõmit tentes in eodem Duello, & eorum patrinos.ibidem.

99 Contra eos,qui consilium in causa Duelli,tàm in iure,quã facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quenquam suaserint; nec nõ spectatores Duellorũ. ibidem. & est episcopalis quantùm ad hunc locum, sed est papalis, vt patebit inferius sub nume ro.114.

pertinet ad Bullã cęnę.D.

100 Contra eos, qui Indulgentias,aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in eccle-

sia

in extrau.nond reg. 339
ſia poteſtatē eſſe negant.ſeſſ.
25.decret.de Indulg.

EXCOMMVNICATIO
nes contentę in extrauagāti-
bus Rom.Pōt.vſq; ad Gre
gorium papam. XIII.
incluſiùe, quæ non-
dum ſunt regiſtra
tę in corpore
iuris,
quę tamē incurruntur, vbi
à locorū ordinarijs fue
runt, vel erunt ſe-
mel ſaltem pu
blicatę.

101 Contra eos, qui prouidē tes alijs de Bn̄ficijs eccleſiaſticis aliq̄d inde capiūt, vel ſibi promitti faciunt, directè, vel indirectè, & contra eos, qui eis nuntiāt, vel noua

portãt &c. Greg. x i.in extra uag.quę incipit.Solicitè & eſt papalis eius abſolutio. quia papa ſibi eam reſeruat. Quando autem papa ſibi non reſeruat tũc abſolutio eſſe epiſcopalis dicitur.

102 Cõtra quoſcunque, qui banniunt, & itẽ eos, qui proſcribunt, & qui ſcribunt proſcriptionem in clericos, & perſonas eccleſiaſticas. vrb. 6. extra uag. Quia ſicut. & eſt papalis abſolutio.

Hodie ẽ in Bulla cęnę. D.

103 Cõtra quoſcunque qui traxerint eccleſiaſticas perſonas ad ſuum forum, vel &c. Mart. v. Ad Reprimendas & eſt papalis abſolutio.

104 Cõtra Ordinarios locorũ, officiales Delegatos, aut Cõmiſſarios eorum, qui ſibi ſubditos inſiſtẽtes in ſeruitio papę, vel Romæ morã trahentes

tes pro suis negotijs, aut ab ea recedentes, procedunt per censuras. eug. 4. In eminẽtis. & est papalis absolutiò. Si tamen dicti ordinarij, officiales Delegati, & commissarij dederint Beneficia eorum, quos priuauerint, dum dicti moram trahentes, Romæ fuerunt, negotia sua prosequendo, & eo casu sunt excõmunicati etiam ipsi recipientes beneficia.

105 Cõtra eos qui deferunt sarracenis ligna, ferrum, arma, equos, aut mittunt, aut ad id prestant consilium auxilium, vel fauorem. Nicol. v. olim. & erat, olim episcopalis, si tantundem de eorum bonis soluissent in subsidium terre sãctę, vel tantundem de bonis, extraxissent de locis ipsorũ, quantũ detulissent ad eos. At Hod'e ẽ in Bulla cęnę. D.

hodie sine vlla exceptione, aut conditione continetur in Bulla cęnę Domini, & ideo est omninò papalis.

106 Contra eos, qui, vt literas Apostolicas gratis expediãt, se Cardinalium, aut assistentium familiares commensales, aut nepotes fingunt, Innoc. 8. cũ sicut. & est papalis absolutiò.

Hodie ẽ in Bulla cęnę. D.

107 Contra impedientes mandata Apostòlica quocunque modo, directè, vel indirectè, &c. & ad id dantes cõsilium, auxilium, vel fauẽtes. Innoc. 8. officij. & est papalis absolutio.

108 Contra illos, qui non verè, sed, ad aliorum commodum, fictè & in fraudem, Beneficia ecclesiastica resignãt; vel permutant, Item contra testes, & notarios huius fraudis nõ

ignaros

ignaros. Innoc.8. Sicut bonus.

109 Contra inuadentes Romæ, aut verberantes partes aduersas litigantes, aut earum procuratores quocũque modo, immò eis comminãtes. Alex. 6. In eminentis; & est papalis absolutio. Hodie é in Bulla cęnę. D.

110 Cõtra incantatores immolantes dęmonibus, aut adorantes eosdem; aut fabricantes, vel fabricari facientes, vel procurantes imagines, annulum, speculum, phialam, vel rem quamcunque aliam, magicè ad demones inibi alligandos; petentes itẽ, vel recipientes respõsa ab eis, auxilia pręstolantes pro implendis suis prauis desiderijs, & docẽtes, vel addiscentes huiusmodi artẽ, & demũ habentes, tenentes, studentes, & non combu- Idem habetur in conc. Later. sess. 9.

 rentes

rentes libros continentes hu iusmodi. Ioannes. 22. Super illius & est episcopalis absolutio, nisi respectu eius, quod fortasse cótinetur in bulla cenę Domini.

Hodie ē in Bulla cęnę. D.

111 Contra occupantes, vel hostiliter inuadentes, Loca, Terras, & huiusmodi ad Romanam. Eccles. pertinentia. Leo x. Inter graues. hodiè est papalis absolutio.

Hodie ē in Bulla cęnę. D.

112 Cõtra Barones, & communitates permittentes latrocinia fieri venientibus ad vrbē Leo. x. Rom. pontificis. hodiè continetur in Bulla cœnę.

Hodie ē in Bulla cęnę. D.

113 Cõtra impedientes executionem literarum Apostolicarum. Leo. x. In supremo, hodiè continetur in Bulla cœnę. ideo est papalis absolutio.

114 Contra pugnantes in duello, & dominos, & quosuis ali

os,dantes eis campũ, eisque auxilium prȩstantes, Duelloque intereſſentes; & item contra diffidationes facientes, & ad id irritantes,ſeu prouocantes, & auxilium, cõſilium, vel fauorem dãtes, & contra eos, qui chartas ſubſcribunt, aut publicant, ſeu de illis ſe intromittunt. & eſt papalis abſolutio, quoad Dominos, Duces, Marchiones, Barones, & huiuſmodi. Pius.4. Ea, quȩ. vbi confirmat, quo ad hunc effectum, extrauagantes clem.7. Leo.x.Iulij.2. Quoad verò ipſos etiam Reges, & Imperatores, eſt excommunicatio in Cõcilio Tridentino, quȩ tangit quidẽ omnes; ſed eſt epiſcopalis abſolutio.

115 Contra eos, qui in Romana Curia Apoſtolicas cõmiſsiones, Intimationes, publicatio

nes,& affixiones, prȩsumpſerint prȩſentare,prȩter curſores. Clem.7. Accepimus , & eſt epiſcopalis abſolutio .

116 Contra impedientes execu tionem literarum Apoſtolica rum,videlicet, quòd non habeant effectum , niſi interuenerit ipſum.Placet.vel , vidimus,Clem.7.Rom.Pontifex. & eſt papalis abſolutio .

Hodie ē in Bulla cęnę. D.

117 Contra non reddentes cōputa in Camera Apoſtolica integraliter. Paulus. 3. Cum ſicut , & eſt papalis abſolutio

118 Contra eos,qui tenent, aut legūt libros Lutheranos, aut hæreticos.Iulius.3. cum meditatio . & eſt papalis abſolutio .

Hodie ē in Bulla cęnę. D.

119 Contra negantes Trinitatem &c.Paulus.4.Cum quorūdā & eſt papalis abſolutio .

eſt in cęna D.

120 contra ambientes papatū, &

&,qui,viuente Rom.Pont.de nouo Pont.Rom. eligẽdo tractabunt,vel tentabunt,& qui per ſe,vel per alium in prędictis dederint Conſilium,auxilium,vel fauorem, ſeu operã, verbis,vel ſcriptis , aut re vel facto, ſeu promiſsione, aut ſuaſione.& quouiſmodo, directè,vel indirectè, principaliter,vel incidentaliter, & qui in prędictis fuerint mediatores,proxenetę nuntij, mandatarij,procuratores,aut Trapezite.Paulus. 4. cũ ſecundum, & eſt papalis abſolutio.

121 Contra omnes Hæreticos, & ſchiſmaticos, & eos, qui ſchiſma incurrent,vel excitabunt, ſeu committent, & contra receptatores,defenſores,& fautores eorum,& credentes eis,Paulus.4. Cum ex Apoſtolatus, & eſt papalis Prima pars eſt in cęna D.

absolutio.

122 Contra prohibentes facere eleemosynas fratribus Eremitanis Ordinis sancti Augustini.Sixt.4.Nos attendentes. In Priuil.eorũ in Mari Mag.

123 Cõtra frẽs minores,qui pręsumunt recipe frẽs Ordinis Pręd.professores,sine expressa licentia Papę, vel suorum Superiorum, ita tamen,quòd licentia fuerit, petita & obtenta.& idem, quoad Eremitanos.Alex.4. in extrau.ad Eremitas.In Priuil.ordinum.

124 Cõtra eos,quibus de parochialibus ecclesijs, aut perpetuis vicarijs, aut alijs Beneficijs curatis à papa prouisum fuerit, & non adimpleuerint promissa, iuramentũ scilicet, fideiussionem,seu,aliàs,obligationem de residendo intra expressum tempus,nõ obseruaucrint;

uauerint; etiamsi in aliorum intrusorum, vel possessorum fauorē simpliciter, vel ex causa permutationis, huiusmodi resignauerint, seu cesserint, aut illa quouis modo, etiam occasione litis, & molestię dimiserint. Nec nō contra eos, in quorū fauorem Beneficia ipsa sic resignauerint, cesserint, & dimiserint; & contra eos, qui ad id auxilium, consilium, vel fauorem, directè, vel indirectè, sciēter pręstiterint. Pius.4. Inter multiplices. Nota hic episcopos excipi ab hac censura. & est papalis absolutio.

125 Contra eos, qui Commentarios, Glossas, annotationes, aut scholia, aut huiusmodi, ediderīt pro interpretādo cōcilio Tridentino. Pius 4. Benedictus Deus. & est Episcopalis

palis absolutio. Hoc idem de Concilio Later. vlt. sess. 9. asseritur.

126 Contra Regentem, correctores, scriptores, procuratores, reuisores, sigillatores, & alios sacrę pœnitentiarię Officiales, qui aliquid ex his, quę eis per Bullam Pij. 4. interdicta sunt, expedire, aut concedere pręsumpserint; & est papalis absolutio Pius. 4. In Sublimi; & idem statuitur de officialibus Officij correctoris Cancellarię, & contradictarum. Pius. 4. vniuersi.

127 Contra quoscunque Officiales, & Magistratus, & locorum Ordinarios, & alios, qui non paruerint pręceptis, & mandatis concernentibus inquisitionem Octo Cardinalium Inquisitorum super imponendis, & exequendis pœ

nis,

nis,&c.& eſt epiſcopalis.Pius 4.Cum ſicut.

128 Contra omnes, & ſingulos Doctores,Magiſtros,Regentes, & alios cuiuſcunque artis profeſſores, etiam quoſcunque Regulares in quibuſuis locis lectoris Cathedram, Ordinariam, vel extra ordinariam obtinẽtes,& tàm Theologiam, quàm Canonicam, vel Ciuilem Cenſuram,Medicinam,philoſophiam,Grammaticam, vel alias artes Liberales tàm publicè, quàm priuatim, in quibuſcunque terris, oppidis, ac Ciuitatibus, aut Eccleſijs, & monaſterijs, quoquomodo profitẽtes, aut Lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habẽtes, vel exercentes.& contra vniuerſitatum, ſeu gymnaſiorum, Rectores, Cancellarios, vel

alios

alios superiores, qui professionem fidei in manibus episcopi, vel eius vicarij non fecerint. Qui omnes, vltra excõmunicationem latę sentẽtię, etiam ipso facto Omnium, & singulorum, dignitatum, Beneficiorum, Officiorum, & feudorũ ecclesiasticorũ per eos quomodolibet obtentorum, priuationis pœnam eo ipso incurrunt, & inhabilitatis ad illa, & ad alia imposterum obtinenda, & est episcopalis absolutio Pius. 4. In Sacrosancta. episcopis autẽ pręcipitur vt faciant hoc obseruari in virtute sanctę obedientię, & sub pœna Interdicti eo ipso incurrenda.

129 Cõtra omnes Nuntios apostolicos, etiam si fuerint episcopi, Archiepiscopi, aut Patriarchę qui à Principibus,

siuè

siuè Regibus, Imperatoribus, & alijs, ad quos mittuntur, vocales fauores, aut literas commendationis, aut preces ad dignitates, & gradus obtinendos, per se, vel alium, directè, vel indirectè, quomodolibet ambire, vel procurare non erubescunt, siue pro se, siue pro suis Consanguineis, & necessarijs suis, aut illis vltrò sibi per Principes spontè oblatis vti pręsumunt, vel audent, & est episcopalis, Pius. 4. & si Romanum Pontificē.

130 Contra quoscunque, ecclesias, & Beneficia ecclesiastica quęcunque in confidentiam retinentes, seu recipientes expressè siue occultè, & est papalis Pius. 4. Romanū Pont. & Pius. v. Intolerabilis.

131 Contra Simoniacos in ordine, & Beneficio, & contra

mediatores,

mediatores, & procuratores palàm, vel occultè, & tam dãtes, quàm recipientes, & est papalis. Pius. v. cum primum. vbi confirmat extrauag. Pauli. 2.

132 Contra Moniales exeuntes à clausura (quę hodiè extenditur vsque ad portam exteriorem per declarationẽ Gregorij. xiii.) & contra dantes eis licentiam, & cõtra comitantes, eas, & receptantes; & est papalis, Pius. v. Decori.

133 Contra procuratores, scriptores, Regentem, Datarium, correctorem, magistrum in Theologia, aut decretorum Doctorem, & Sigillatorem sacri Officij Pœnitentiarię qui acceperint aliquid etiam spõte oblatũ à partibus, aut aliàs siue pro expeditionis celeritate, siue pro alio extraordinario

nario labore tàm procurãdo, quàm ſcribendo, aut recogno ſcendo, & examinando, & eſt papalis. Pius. v. In omnibus rebus.

134 Contra omnes, & ſingulos cuiuſcunque gradus, ſtatus, & cõditionis, qui aliquem ex Inquiſitoribus, Aduocatis, promotoribus, Notarijs, alijs ue miniſtris officij ſanctę Inquiſitionis, vel epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, aut prouincia; obeuntium; ſeu accuſatorem denunciatorem; aut teſtem in cauſa fidei quo modocunque productũ; vel euocatum; occiderint; verberauerint; deiecerint; ſeu perterreſecerint; & item contra eos; qui eccleſias; ędes; aliaſúe res: ſiue publicas; ſiue priuatas; officij; aut Miniſtrorũ expugnauerint; inuaſerint; in cende-

cenderint expilauerint; aut libros;literas; authoritates;exemplaria,Regiſtra; protocolla;exempla:ſcripturas; aliaùe Inſtrumēta ſiue publica ; ſiue priuata ; vbicunque poſita combuſſerint diripuerint;ſeu interuerterint ; ſeu ex incendio ; aut direptione ; aut alio quocunque modo illa expor tauerint ; &c. & contra eos, qui ad id cōſiliū ; auxilium ; vel fauorem prȩſtiterint ; & eſt epiſcopalis, niſi reſpectu eius ; quod fortaſſe continetur in Bulla Cœnæ Domini. Pius.v. Si de protegendis.

135 Contra quoſcunque, qui pro ſupradictis delinquentibus veniam petere, aut aliàs intercedere tentauerint. Nā in eaſdem illas pœnas,quȩ in hȩreticorum fautores à ſacris conſtitutionibus inferuntur, ipſo

ipso facto incidunt, ibidem, vt supra. Pius. v.

136 Contra illos, qui vacantibus ecclesiarũ dignitatibus, Canonicatibus, prębendis, & huiusmodi, volunt, ordinant, aut disponunt, aut seruari statuta faciunt, aut consuetudines, vt fructus, ac etiam distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut huiusmodi, prouenturi Mensę episcopali seu Capitulari, integrè vel partim remaneant; seu applicentur, aut in communes vsus cedãt; seu inter alios Canonicos, & psonas ecclesię, seu capituli diuidãtur; aut super his iuramentum pręstari ordinant; aut ipsum prouisum inducunt ad iurandum super his seruãdis (vt aiunt, dulciarijs) aut non facienti pręd︠icta impediunt possessionem,

nem,vel remorantur,aut huiusmodi quid tale faciunt. & est papalis absolutio,si psonę fuerint singulares, Antistites verò suspensionẽ incurrunt, per papam tantummodo absoluẽdi,& Capitula, ac Collegia incurrunt Interdictum. Pius.v.Durũ nimis. Vbi tã est cõsuetudo vt prędicti fructus aut distributiones applicentur locis pijs, non est sublata, dummodò non excedat medietatẽ illorũ vnius anni.

137 Contra eos, qui Episcopis inferiores, audent proponere populo indicem casuum, & gratiarum cum Indulgentijs,aut huiusmodi,ità quòd, soluta quadam determinata pecunia, posśint sibi sumere sacerdotem, à quo valeant absolutionem à casibus Reseruatis episcopo, consequi,

& à

in extrau nond.reg. 359
& à quibusdam alijs, cum cō cessione quarundam gratiarum. & est papalis. Pius.v. Quàm plenum. Episcopi autem incurrunt suspensionē ab ingressu suarum ecclesiarum, & à perceptione fructuū ad beneplacitū Roma. Pont.

138 Contra vicelegatos, Gubernatores, Rectores, pręsidentes, & alios ministros, & sedis Apostolicę, seu Ciuitatum, & terrarum, vel locorū status ecclesiastici, vel etiam Romę aut suburbiorū eius, qui quouis pretextu, etiam ad breuissimum tempus, cō cedere audēt, vel pręsumūt vt aliquis cuiuscūque dignitatis, ordinis, status, conditionis, vel pręeminentię, possit deferre arma breuioris mensurę trium palmorum, cuius

modi

modi sunt Archibusetti, pugiones, Cultelli, & huiusmo di; Cultelli tamen ad incidendum panem, sed non maiores vno palmo, possunt circumferri per statutum Ecclesiasticum, sed sine Cuspide; id est spontati; & est Episcopalis. Pius.v.cum vices. Ipsi autem deferẽtes prędicta arma prohibita incurrũt Crimen læsę Maiestatis.

139 Contra oẽs & singulas mulieres etiã Ducissas, quę postquam huius excommunicationis notitiã habuerint, ausę fuerint ingredi aliquod monasterium ipsorum Regularium tã Carthusiensiũ, quàm monachorum, etiam mendicantium, aut Canonicorum Regularium, & est Papalis. Pius.v. Regularium. Ipsi autem superiores mo-

nasterio-

nasteriorum, aut alij Regulares subditi introducentes, admitten tesùe prędictas mulieres, incurrunt ipso facto suspensionem à Diuinis, & priuationem Officiorum, quę tunc obtinent, & inhabilitatem in posterum ad illa, & ad alia omnia obtinenda, sine alia declaratione secutura. Pęna introducẽtium mulieres &c.

140 Contra omnes, & singulos cuiuscunque gradus, Ordinis, & conditionis, qui cum vacauerit aliquis status, Locus, Terra, Castrum, & huiusmodi, ad Romanã ecclesiam pertinentia, ausi fuerint Loqui cum aliquo, vel in Communitate, vel etiam cum papa de subijciendis prędictis locis, & terris, alteri feudatario, etiam Nepotibus ipsius papę. & est papalis. Pius. v. & Greg. XIII.

141 Cõtra Inquisitores ord. Prędic. si procedant cõtra Frẽs.

minores & econtra Paul. 2. sed Clem.7.per Breue quod incipit. Propter labē lutheranam, vult vt Inquisitores teneātur solummodo eos pręmonere, & infra mensem à die monitionis computādum expectare, vt remedia cum effectu adhibeantur, contra suspectos de heresi, ab his, qui debent &c. prout ibi continetur.

142 Contra miniantes circulos cęreos, id est Agnus Dei, Cõsecratos à papa; & est Episcopalis. Greg. XIII.

Vigore Bullæ in cęna D. oēs clerici gaudēt hac prima parte.

143 Contra oēs, & singulos exactores Datiorum, Gabellarum, pedagiorum vectigalium à personis Regularibus Ordinū mendicantium, & item contra perturbantes, aut molestantes eas in pręditis toties, quoties cõtrauentū fuerit Pius. V. Dum ad vberes.

Nota ibi, quoties.

144 Con-

144 Contra eos, qui exegerint aliquid à Religiosis mendicantibus pro cōtributione sumptuum, & expensarum, quę aliquando pro pontibus, vijs, aquęductibus, muris, alijsùe machinis struendis, aut reparandis, aut locorum, aut terrarum fortificationibus imponūtur. Pius. v. ibidem. & item contra exactores quatreni carnis pro singulis libris carnium. hac tamē immunitate gaudent etiam omnes clerici de iure communi. Alii etiā regulares debent gaudere hoc priuilegio. Quatrenus carnis.

145 Contra eos, qui Regulares mendicantes, quoad omnia eorum bona, & quoad suos colonos, affictuarios, & huiusmodi respectiuè, nō dimittent exemptos, & immunes, ab omnibus, & singulis exactionibus, tàm vrbanis; quàm rusticis, & à collectis, impositionibus, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, tàm

realibus, quàm personalibus, meris, & mixtis, etiã subsidio triennali, & augmento, & focularibus, equorum taxis, militumque hospitijs, ac alias, quibuscunque nominibus nuncupatis. Pius. v. Dum ad vberes. Hęc etiam excõmunicatio incurritur toties, quoties contrauentum fuerit; & ibidem, est etiam pœna 2000. Ducatorum pro vna parte Basilicę Sancti Petri de vrbe applicandorum, pro altera verò querelantibus, & mandatur Episcopis & Pręlatis vt faciant obseruari.

Nota illud quoties.

reseruatio est in Bulla cęnę Domini.

146 Contra Legatos etiam de latere & cõtra gubernatores, & Officiales status ecclesiastici, qui aliquem homicidam, seu bannitum ausus fuerit ad ciuitatem, vel districtum reuocare, vel eis saluum conductum facere etiam ad diem vnum, vel no-

ctem

ctem vnam. & est papalis. Pius. 2. & Pius. v. Ex superne ibi confirmauit.

147 Contra, Barones, Dominos, Domicellos, ac Ciues romanos, & alios cuiuscunque status, gradus, ordinis, & Conditionis, mediatè, vel immediatè subiectos sedi Apostolicę, qui homicidas. aut aliàs bannitos, & facinorosos homines subditos romanę Ecclesię, in suis terris pręsumpserint receptare.

148 Item cõtra eosdem, qui in vrbe Roma. vel eius districtu, propter vindictam exercendã, domũ communitam habuerint, armatos receptauerint, aut tenuerint, vel adhęrẽtes, & cõplices, & fautores brigę accersierint, siue quamcunque conuentionem, congregationem, & hominũ collectam huiusmodi ad vltionem iniurię inuocare, exci

tare,inuitare, vel receptare per se,vel per alium prẹsumpserint. Paulus.2. & Pius.v.ibidem confirmauit.& est papalis.

149 Contra eosdem Dominos subditos Ecclesię Romanę, qui in districtu eius, propter vindicandam iniuriam suam, vel amici,vel propinqui vulnerare, mutilare,occidere, vel quocunque modo realiter,vel personaliter offendere patrem, aut filiũ, fratrem, aut propinquum vel aliàs amicũ, vel domesticum offendentis, vel alia fieri facere, vel mãdare prẹsumunt. Paulus. 2.& Pius.v.vt supra, & est Papalis.

150 Contra proceres, & Barones, & quoscunque alios dominos, seu vicarios in temporalibus Regni Siciliẹ Citra pharũ, & aliarum partium Rom. Ecclesię subiectarum, aut vrbi adiacentium,

centium, qui homicidas, & bannitos Rom. Ecclesię ausi fuerint receptare, vel protegere vel eis auxilium, cõsilium vel fauorem dare, quouis quęsito colore & est papalis. & Pius. v. Confirmauit, quoad hunc effectum, Bullam Pij. 2. Pauli. 2. Sixti. 4. Iulij. 2. Leonis. x. clemẽtis. 7. & Pij 4.

CASVS EXCOMMVnicationum, qui aliquando Papales, & aliquando Episcopales existunt.

151 INQVISITORES, & Commissarij eorum, vel Episcoporum, siue Capituli sede vacante, qui pecuniam modis illicitis extorserint, aut scienter Ecclesię bona fisco, etiam Ecclesię ob delictum clerici ad-

iudicare tentarint. Clem. Nolentes. De Hæret. Hic enim casus ante satisfactionem, est Papalis; post verò est Episcopalis.

152 Qui effringunt, & spoliant loca sacra; &, item incendiarij. extra de sent. excomm. Cap. Conquesti, & cap. tua nos.

153 Quicunque licentiam alicui dederit occidendi, aut capiendi eum, qui excommunicationis sententiam tulerit contra quoscunque Principes, Nobiles, aut eorum ministros, aut eiusdem bona, suosque offendendi, & illos item, quorum occasione talis sententia lata est. cap. Quicunque. de sent. excommu. in. 6. Hic enim, si duorũ mensium spatio resipuerit, eius absolutio erit Episcopalis, sin minus, erit papalis. Hodiè tamẽ possunt Episcopi absoluere sibi subditos ab omnibus casibus;

Nota bene.

etiam

etiam sedi Apost. reseruatis, ex delicto tamē occulto prouenientibus, per se, aut per vicarium ad id spetialiter deputādum; & in foro conscientię, & gratis, imposita tamen Pœnitentia salutari: vt patet ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. A casibus autem Cōtentis in Bulla Cœnę Domini, non possunt absoluere, (nisi tanquàm principales in officio Inquisitionis in sua Dięcesi.) & hoc, propter magnas obstātias, & derogationes contentas in dicta Bulla, cui Pius. v. & hodie Grego. XIII. nouas Clausulas derogatorias inseruerunt. Sunt & alię excommunicationes, quę aut sunt reuocatę, aut non videntur in vsu esse, vel non sunt generales, sed quę in hac, vel illa Diœcesi vigent; & Confessarij; ibi commorantes, debent curare, vt eas nouerint, quę quidem

Concil. Trid.

De hac re uide et superius, & cōcordat franci. à Toleto.

ligant, vbi ipsi confessiones audiunt, Sed dicta de casibus excommunicationis sufficere videntur; vt si qui occurrerint, agnoscantur. Qui verò fusiorē tractationem requiret, ad Canones, vel alios auctores ei recurrere, vel certè peritiores consulere, licebit.

DECRETVM CONcilij Lateranensis Vltimi sess. 9. Super recitandis horis canonicis, vbi, vltra reatũ peccati mortalis, extat obligatio ad restitutionē fructuũ, pro rata omissionis.

STATVIMVS, & ordinamus, vt quilibet habens Beneficium cum cura, vel sine cura,

cura, ſi, poſt ſex menſes ab obtento Beneficio, Diuinum Officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, Beneficiorum ſuorum fructus ſuos nõ faciat, pro rata omiſsionis, officij, & temporis, ſed eos, tanquàm iniuſtè perceptos, in fabricas huiuſmodi Beneficiorum, vel pauperum Eleemoſynas, erogare teneatur. Si verò, vltra dictum tẽpus, in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, Beneficio ipſo priuetur; cum propter officium detur Beneficium. Intelligatur autem officium omittere, quò ad hoc, vt Beneficio priuari poſsit, qui per quindecim dies illud, bis ſaltem, non dixerit, Deo tamen, vltra præmiſſa, de dicta omiſsione redditurus rationem.

SVPER HAEC VERBA Cōcilij sic ait Dominicus Soto lib. x. de Iust. & iu. q. 5. ar. 6.

IN hac verò, vt iacet, verborum serie, partim nimia videri cuipiam potest relaxatio, partim verò nimia pstrictio. Nā quòd vsque post sex menses ab obtento Beneficio, nō cogatur clericus sub aliqua pœna officium dicere, nimia relaxatio est. Rursus, quòd, qui posteà vno, aut duobus diebus orare cessauerit, teneatur pro rata soluere, nimium apparet rigidum. Præterea, quod vrgentius est, nec verba Concilij, vt iacent, satis sūt intelligibilia. Habetur enim prius, quòd, qui post sex menses ab obtento Beneficio nō oraue rit, pro rata restituat, posteà ve-

rò subditur. Si verò vltra dictũ tempus in simili negligentia cõtumaciter permãserit &c. Quæ quidem verba prioribus nõ grauè coherent; Nam hæc postrema, (in simili negligẽtia) apertè denotant, negligentiam priorum sex mensium ad restituendum pro rata, obligasse, quando quidem post illos rigor cogendi per cõminationem priuationis Beneficij adhibetur. Conijcio ergo, immò certò crediderim, illud verbũ Concilij nõ esse Post. sed, Per, videlicet vt sensus sit, quòd, qui per sex menses ab obtento Beneficio, vel quamlibet eorum partem, officium non dixerit, solum teneatur ad restitutionem pro rata. Elapso verò semestri, si post admonitionem in quindecim diebus nõ bis oraue rit, Beneficio priuetur. Itaq; primum semestre nõ datur tanquã

inducię,

inducię, vt clericus non orans nulli subiaceat pœnę. esset enim omni rationi dissonum, Sed vt non priuetur. & hoc pacto verba sunt intelligibilia: alioqui minimè. Colligitur ergo ex hoc Concilio, quòd quęcunque horarum omissio, cum primũ quis habet Beneficium, eum ad restitutionem obliget; immò; si rigorem verborum spectes; quamuis vnam dumtaxat horam prętermittat, restituere Compellatur. &c. & inferius, post aliquot verba, non valde tamen veritati consona, subdit & quidem verè quòd Compositio super dicta restitutione fructuum, non, nisi cum summo Pontifice; aut eius Legato; locum habere potest. Hæc Sotus.

Nauarri seutẽtia aduerba prefati Conc.

Nauarrus in suo Manuali capi. 25. nu. 121. explanans verba dicti Concilij, inquit; Clericum beneficia-

beneficiatum; non recitantem horas Canonicas, teneri ad restitutionem fructuum, iuxtà dictũ Lateranense Concilium, & inquit, obligari ad restitutionem fructuũ pro rata predictæ omissionis, post sex menses à Consecutione Bñficij & nõ ante & reuera hic ẽ verus ĩtellectus canonis dicti concilij veruntamen interim peccat mortaliter Beneficiatus qui intra dictos sex menses diuinum Officium omiserit. vt ibidem num. 24. habetur.

DE ERRORE QVOrũdam summistarum circa hanc materiam.

NON te lateat, optime lector, per prędicta verba dicti Canonis, correctas fuisse opiniones multorum Doctorum, Correctio opinionũ.

rum,

rum,olim aliter sentientium, vnde Syluester in sua sūma in verbo Clericus.4.§.23. vna cū alijs Doctoribus, quos ibi refert, ac sequitur,omninò corrigitur: & Ioannis Cald. capit. 1. de Cel. miss. atque etiam Ang. de clauasio in sua summa, opinio Confirmatur,& Canonizatur, Quorū quidē ratio erat talis. primo,q̄a

Prima ratio.

prȩfatus Beneficiatus,non recitans canonicas horas, effectualiter non residet,at non residens priuatur Beneficio,& fructibus, extra de cler. nō resid. cap. pen. Igitur, &c.& Nauarrus,inquit, cap.25.num.124. hanc legem, de recitando diuino officio,esse valdè conformem iuri diuino.

Secunda ratio.

Secundò, quia propter officium datur Beneficium. De rescrip.cap.fi.lib.v1. At vbicunque aliquid datur ob causam, tunc, causa illa non sequuta, potest repeti.

peti.ff. De Condit.ob.turp.cau. quasi per totum. Igitur, &c.

PII PAPAE V. STATVtum de fructibus quos amittunt, qui horas Canonicas. vel pensionarij, qui officiũ B. Virginis non recitant.

Pius Epus, Seruus Seruorũ Dei ad perpetuã rei memoriã.

EX proximo Lateranensi Cócilio pia, & salubris Sanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium Ecclesiasticum cũ cura, & sine cura, si post sex menses, quàm illud obtinuerit, Diuinum officium (legitimo cessante ĩpedimẽto,) non dixerit, beneficiorum suorum fructus, ꝓ rata omissionis officij,

officij, & temporis, suos non faciat. sed eos, tanquã iniustè perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Verum tamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidẽtius, atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt, qui horas oẽs Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur; qui verò matutinum tantum, Dimidiam, qui cęteras omnes horas, aliam Dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat. Tametsi aliquis choro addictus, nõ recitans, omnibus horis Canonicis cum alijs præsens adsit, fructusque,

Quomodo rata omissionis intelligẽda sit.

ctusq;.& distributiones fortè aliter assignatas, sola præsentia, iuxta statuta, cõsuetudinem, fundationẽ, vel aliàs, sibi lucri fecisse, prætendat; is etiam, præter fructuum, & distributionũ amissionem; Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, (nisi legitimum Impedimentũ ipsum excusauerit) graue peccatum intelligat admisisse. Declarantes, prę stimonia, pręstimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullũ omnino seruitium habentia, obtinentes cum prędictis pariter contineri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt clericus, percipit, eũ, modo prędicto, ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatũ, & pensionum, fructuum, rerumq; ipsarũ amissioni obnoxium.

Nullibi recitans, & in choro non psallens tenetur ad rest.

Beneficiati qũocũq; tenentur ad rest. si omittant horas canoni.

Nulli

Pẽsionarii quomodo & quando teneãtur officium dicere.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti ĩfringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ; apud Sanctũ Petrum; Anno Incarnationis Dñicæ Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo; Duodecimo Kal. Octobris, Pontificatus nostri Anno Sexto.

SVMMA HVIVS STA tuti; declarationis; & decreti hęc est.

PAPA hic primò declarat verba prefati Canonis Concilij Lateran. quantum ad quotam

quotam restitutionis. respectu omissionis horarum Canonicarum.

Secundò, decernit solam prȩsentiam in Choro nō sufficere, quantum ad licitè percipiendas distributiones quotidianas; sed teneri clericos cum effectu psallere; & recitare cum alijs, quando sūt in Choro; pro vt in Con. Tridētino habetur sess. 24. cap. 12. nisi aliàs (dictas horas recitando) satisfecerint. Attamen res est pessimi exempli, velle Domi diuinum officium persoluere, ad hoc vt in Choro liceat deinde silere. Neque enim hoc sine peccato effici pōt. Si enim ore, Christi patrimonium comedendo, consumis, quare non eodem ore, ac gutture, eundem in Choro laudas, eidemque debitas gratias persoluis? Vnde. Diuus Vincentius de existentibus in cho-

Res indigna est, nō psallere cum aliis, & Deo displicens.

in choro loquens, aiebat. Nunquam parcas voci, quantum potes, discretione regente non prętermittas iota vnū, tam de psalmis quam de versibus, dictionibus, syllabis, & voce. Et si non potes ęquali voce cum alijs, tamen cum voce submissa.

Tertiò declarat, quòd, quanuis in primis sex mensibus, adepti beneficia non teneantur ad restitutionem, si omittant diuinum officium, tamen peccant, quoad Deum (legitimo tamen impedimento cessante) ob talem omissionem, sicut & illi, qui solum intersunt horis Canonicis, & hac ratione putant, se prę cepto de recitando diuino officio satisfecisse.

Quartò, declarat verba dicti Concilij, non solum de habentibus beneficia curata, sed etiam de habentibus qualiacunque beneficia,

n eficia, debere intelligi.

Quinto statuit, & decernit Pēsionarios eodē modo cum supradictis (si tamē officium beatę Virginis nō recitauerint) obligari, & ità corrigit opiniones multorum Doctorum, olim asserentium, Pensionarios quoscunque nō teneri ad aliquas horas Canonicas. Quanquam non defuerūt olim solemnes doctores, qui, Pensionarios ad Diuinum officium teneri, pluribus rationibus, ac authoritatibus tutati sunt, pro vt refert, ac sequitur Alphonsus Aluarez in speculo Rom. pont. Cap. 61.

Sextò, Papa vult ad persoluendas dictas horas B. Virginis etiam Pensionarium (vt dictū est) teneri nō quemcunque tñ, sed eum duntaxat qui percipit Pensionem vt Clericus, idest, loco beneficij, non autem eum, qui

qui percipit vt Laicus, ideſt quę datur uiris benemeritis pro aliquo temporali commodo, & ità, ſi penſio aſsignatur laico tan quam laico, talis penſio, tempo ralis res eſt, nec habet ſecū hoc vinculum recitādi dictas horas, aliàs ſic. Pro hoc autē facit, quod dicunt Doct. in cap. quanuis. el 2. De prębend. in 6. & cap. audientiam el 2. De Reſcrip. & in Cap. poſſeſsiones. xvi. q. 1. & cap. Conſuetudinem De Conſuet. lib. 6. Card. in Clem. Quia regularis. De ſupp. negl. pręl.



DE DISTRIBVTIO nibus quotidianis, quas Canonici, & prębendarij, aut aliàs clerici, amittunt, etiā in foro conscien tię, & tenentur ad restitutionem, ob non resi dentiam in Ecclesia, vel prębenda, vt habetur De cler.nō resid. lib.6.cap.1. & in Concilio Tridētino.

CONSVETVDINEM, quę in quibusdam partibus inoleuit; quam canonici, & alij beneficiati, seu clerici cathedralium, & aliarum collegiatarum Ecclesiarum, distributiones quotidianas (quę aliàs manualia beneficia, seu victualia, nuncupantur & tantùm residen

Pro hoc uid Cōc. Trid. sess. 24 c. 12.

tibus

tibus tribuuntur) qualitercunque in Ciuitatibus, seu alijs locis, in quibus ipsę consistunt Ecclesię, sint pręsentes, licet diuinis officijs non intersint, ex integro percipiunt, ac si continuè ipsis Ecclesijs in eisdem officijs deseruirent, penitus improbantes, Statuimus, vt distributiones ipsę quotidianę in quibusçunque rebus consistant, Canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officijs in ipsis Ecclesijs affuerint, tribuantur, iuxta Ecclesiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem, iam factam, seu etiam faciendam. Qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquã receperit (exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesię vtilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium

Duos hodie casus exceptos vide sess. 22.c.3.& sess. 24. c.8.

minium non acquirat, nec faciat eas ſuas, immò ad omnium reſtitutionem, quę contra huiuſmodi noſtram conſtitutionem receperit teneatur. De diſtributionibus etiam, pro defunctòrum anniuerſarijs, largiendis, idem decernimus obſeruandum.

Reſtitutio non fit paup. ſed q ſeruierunt Nauarrus. c. 25. paragrapho 123 p o quo facit extrau. pii. 4. cum ſicut.

DE PECCATO ET obligatione ad reſtitutionẽ, eorum, qui in ſua Eccleſia Curata non reſident.

CONCILIVM, Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. Corrigens multas Doctorum opiniones, quę habentur apud ſummiſtas in verbo. Reſidentia. ac proſpiciens in futurum ſaluti animarum, obuiareque volens fraudibus, ſic declarat, ſtatuit, & decernit. Si

quis autem (quòd vtinàm nunquā eueniat) contra huius Decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta Synodus, præter alias pœnas, aduersus non residentes sub Paulo. III. positas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit; eū, pro rata temporis absentiæ, fructus suos non facere, nec, tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta, illos sibi detinere posse; sed teneri, aut, ipso cessante per superiorem Ecclesiasticum, illos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacunque conuentione, vel cōpositione, quę pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prędicti fructus, in totum, aut pro parte, ei remitterentur. non obstantibus quibuscunque priuilegijs, cuicunque collegio, aut fabricę, concessis

Non residentes tenentur ad restitutioné ultra etiã mortal. pecc.

concefsis &c. Quandocunque autem eos, caufa prius per Epifcopum cognita, & probata, abeffe cõtigerit; vicarium idoneum, ab ipfo ordinario probandum, cum debita mercedis afsignatione, relinquant. Difcedendi autẽ licentiam in fcriptis, gratisque concedendam, vltra bimeftre tẽpus, nifi ex graui caufa, non obtineant. &c. & infra, Nec executionem hanc, quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiufcunque Beneficij, pactione, ftatuto, etiam iuramẽto, vel quacunque auctoritate, cõfirmato, Confuetudine ẽt immemorabili (Quæ potius corruptela cenfenda eft) fiue appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore eugenianę cõftitutionis, fufpendi poffe. &c.

Per bimeftre tẽpus ex licentia epifcopi poffunt curati &c.

BVLLA CONTRA promotos antè legitimam ætatem, aut extra tempora, aut sine dimissorijs.

PIVS episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam, cũ ex sacrorum Ordinum collatione character inuisibilis, animę imprimatur, sacra mysteria dispensentur; & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione; excessus graues tãtò magis plectẽdi sunt, quantò ex illis, maiorã in mentibus fidelium scandala, generãtur; Cum itaque; sicut fide dignorum, relatione (non nisi molestè) accepimus, non nulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam antè ętatem legitimam, aliqui verò sine di-

missorijs

missoris literis, contra sanctiones canonicas, se faciunt ad sacros ordines promoueri, nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes; vt alijs in posterum; committendi similia aditus precludatur; authoritate Apostolica, ac Constitutione, perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quòd omnes, & singuli; qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora, à iure statuta, siue antè ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis; etiam citramontani à citramontanis, preterquam si in hoc vltimo casu per cameram Apostolicã; iuxta illius stylum, ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione, ipso iure suspensi sint; &, si, huiusmodi suspensione durante, in ijs

dem ordinibus ministrare pręsumpserint, eo ipso irregularitatẽ incurrant, pręterea. vltra alias pęnas, in tales generaliter à iure inflictas, Beneficijs Ecclesiasticis posśint iure priuari. volumus autem, quòd pręsens nostra constitutio in Romana Curia existẽtes; post quindecim dies; absentes verò Italicos; post duos menses; alios verò vltramontanos; post sex menses, ab ipsius, inaudientia cõtradictarum, & Cancellaria Apostolica, publicatione, & affixione, ligare incipiat, Nulli ergo omninò hominum, liceat hanc paginam nostram, statuti, ordinationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

ſurum. Datum Romæ apud San ctum Petrum, Anno ab incarna tione dominica milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoquin to, decimo Calendas Decẽbris. Põtificatus noſtri anno quarto.

NOTANDA SVPER hanc Bullam.

PRIMO corrigũtur per hanc Bullã multę opiniones ſum miſtarum, putà D. Antonini, Ar millæ, & aliorum, qui præfatam Bullam non viderũt, pro ut Na uarrus aſſerit in ſuo Manuali, & pro vt colligitur ex Dominico Soto in 4. ſentẽ. de ſacramento ordinis, & ex alijs recentioribus Doctoribus. & ex ſylueſt. ĩ ver. irregularitas §. 10. Pro hoc facit Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. & ſeſſ. 7. cap. 10.

Armilla tamẽ tur piter errauit, & ſibi ipſi contradi cit ĩ hac re.

Secundo Episcopus non potest dispensare super ætate ordinandorum, pro vt etiam colligitur ex Glossa, & Doctoribus. in Clem. fina. de ætate, & qualit. & ex sylu. in ver. ætas.

Tertio à suspensione incursa, & ab irregularitate contracta ob contrauentionem præfatæ Bullæ, non potest Episcopus in foro fori absoluere, neq; dispēsare, vt sentit Rebuffus in suo tract. vbi agit de Clericis malè promotis, in Glossa 4. quia Papa absolutè, & non ad tempus; suspensionis censuram incutit, & maculam irregularitatis incurri decernit. In foro tamen conscientiæ possunt hodiè, ab omnibus suspensionibus, & irregularitatibus Episcopi absoluere, ac dispensare, si tamen ex delicto occulto proueniant, & excepta irregularitate, quæ oritur

ex Homicidio voluntario, vt habetur ex conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. Attamen neceſſe erit, prefatos diſpenſandos prius ætatem legitimam ſaltem attigiſſe, aliàs beneficium dicti cap. 6. conſequi minimè poſſent.

Quarto Sciēdum, hodiè ætatem legitimam eſſe annum. 22. pro ſubdiaconis. 23. pro Diaconis, &, 25. pro presbyteris. & ſufficit attigiſſe. vt aperte habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. vbi etiam ſcito, ipſos etiam Regulares hac lege aſtringi, nec eis quoquomodo priuilegia ſua, aut Mare magnum, quantum ad hunc effectum; ſuffragari. Poſſunt tamen Regularium ſuperiores; à prefata irregularitate, ſibi ſubditos (ſi tamen, interim ad legitimam peruenerint ætatem) diſpenſare, & hoc, vigore ſuorum priuilegiorum, &

præcipuè ſixti 4.& aliorũ Rom. Pont.

Quintò Scias prędictã Bullã, à tempore Pij.2.citrà, ſemper à Romanis Pontificibus & demũ à Gregorio.13. fuiſſe in Cancellaria Apoſtolica confirmatam; illiusque ſtylum, Sacrum pœnitentiarię officium ſemper obſeruaſſe;& proinde caue ne impingas in ſcopulos;ſi Summiſtas legẽdo, aliquid incõtrarium inueneris,& pręcipue apud Armillã.

EXEMPTIONES

Clericorum, & Eccleſiaſticarũ perſonarum à pędagiis,uectigalibus,Datiis,Doganis, Guidagiis, & aliis oneribus, & grauaminibus, & ſecularibus exactionibus pro rebus ſuis propriis, quas nõ cauſa negotiãdi deferũt, uel deferri faciunt,ſeu tranſmittunt, aut etiam pro perſonis ſuis, vt habetur c. quamquam de cen. lib. 6.

Quam

QVAMQVAM pedagiorũ exactiones, tàm iure Canonico, quàm ciuili, regulariter meritò sint dãnatæ; tãtò tamẽ districtius, ne ab ecclesijs, & psonis ecclesiasticis, talia exigantur, phiberi oportet; quantùm; si id fiat; maioris inde transgressionis reatus incurritur; Et offensa euidentior comprobatur. Cum igitur Ecclesiæ, ecclesiasticæq; personæ, ac res ipsarum; non solùm iure humano. quinimmò & diuino; à secularium personarum exactionibus sint immunes; constitutionem, fęlicis recordationis, Alexandri Papæ. IIII. prædecessoris nostri; quæ statuit ecclesias, & personas ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia, penitus non teneri: nec ad exhibendum, vel soluẽdum tallias, pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi

clerici iure diuino sunt immunes ab exactionibus secul. &c.

tiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt; volentes propter multorum insolentiam,& abusum, pœnæ adminiculo adiuuare; adijcimus, distri ctius inhibendo. (contraria cõ suetudine. quorumcunque, quę dicenda est corruptela verius, non obstante) vt nec Collegium; nec vniuersitas; nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscunq; sit dignitatis, condi tionis, aut status, à præfatis eccle sijs, aut personis, pro personis ip sis, aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat per se, vel per alium, suo nomine, vel etiã alieno, aut eas ad huiusmodi per soluenda compellat. Qui verò contra fecerint; si personæ fue rint singulares; excommunicationis; si autem collegium, vel vniuersitas ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscunque; ipsa

Hodie ē in Cęna D.

ciuitas,

ciuitas, vel castrum, vel locus, in terdicti sententias, ipso facto, incurrant; nec ab excommunicatione huiusmodi, absolutionẽ, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint; & de transgressione satisfecerint competenter.

PRAECEPTVM CONcilij Viennensis, Episcopis impositum, super executione superioris constitutionis, in fauorẽ Ecclesiarũ, & Clericorũ; vt habetur in clem. de cens. c. presenti.

PRAESENTI Constitutione iubemus, vt locorũ diœcesani contra eos, qui ab ecclesijs, vel personis ecclesiasticis, Clem. de cens.

pro

pro earum rebus proprijs; quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt; vel transmit tunt; pedagia, vel Guidagia, suo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent in animarum suarũ periculum; & eorum, à quibus ea exigũt, præiudicium, & grauamen; excommunicationis, & interdicti, sententias à iure prolatas; postquam de his ipsis constiterit; omninò publicent; vel à suis subditis tandiu faciant publicari, donec illi, sic exacta, restituerint; & de transgreßione huiusmodi satisfecerint competenter.

NOTANDA CIRCA prædicta capitula.

PRAEDICTA excõicatio, quãuis vigore prefatorũ capitulo

pitulorum ſit Epiſcopalis; hodiè tamen eſt papalis, vt ait Syluester in ver. excõicatio. quarto. §. 21. & Ioannes Tab. in ver. excom. 5. caſu. 19. & Armilla eod. tit. excom. x1. Quia continetur vt (aiunt) in Bulla cęnę domini, ſub illis verbis, vbi ait papa. Vel qui prohibita exigunt. (ſcilicet) excommunicamus & anathematizamus.

Pro Regularibus ſpecialiter uideas extrauag. Pii V. Dum ad uberes. & extraua. Io. 22. Eug. 4. & Iulii 2. i priui. Benedictinorū.

Reliqua omnia, quæ pro libertate, & immunitate Eccleſiaſticarum perſonarum faciunt, videas. 96. diſt. cap. benè quidẽ & De conſt. cap. Eccleſia & De immun. eccle. cap. non minus, & cap. aduerſus & de ſent. excom. cap. nouerit & Abb. in cap. fin. de uit. & hon. cler. Ampliſsime vero videas, pro his omnibus, hodiè Bullam in cœna domini; per quam quidem prędicti fauores augentur, & ampliantur,

&

& plurimæ doctorum opiniones, restringentes predictam immunitatem, corrigũtur, & è medio tolluntur. Qua in re plurimi hodiè doctorum decipiuntur, qui in multis, dum doctrinam communiter scribētium sectantur, incidunt in censuram Bullæ in Cœna domini, negligentes obseruare, immò etiam legere ea, quæ Romanus Pontifex in prędicta Bulla corrigit, aut innouat; vnde prędictã Bullam pontifex ibi appellat paginam excommunicationis, extensionis, reuocationis, innodationis, interdicti, innouationis, protestationis, declarationis, commissionis, pręcepti, mandati, Decreti, & voluntatis, ergo hęc Bulla reuocat multa, & innouat plurima. Quæ quidẽ omnia superius in varijs Canonibus contenta, confirmata sunt hodiè per sacrũ Con-

Error multorũ Doctorum.

Nota bene.

Cōcilium Trid. hunc in modū.

Cupiens Sancta Synodus ecclesiasticam disciplinam in christiano populo non solū restitui, sed etiam sartam tectam à quibuscunque impedimentis conseruari; prçter ea, quę de Ecclesiasticis personis constituit, sęculares quoque Principes officij sui admonendos esse censuit; cō fidens eos, vt catholicos, quos Deus sanctę fidei, Ecclesięque protectores esse voluit, ius suū ecclesię restitui, nō tantum esse concessuros; sed etiam subditos suos omnes ad debitā erga Clerum, Parochos, & superiores Ordines, reuerētiam reuocaturos; nec permissuros, vt Officiales, aut inferiores Magistratus, Ecclesię, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei Ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupi- Seff. 25. cap. 20.

ditatis

ditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent; sed vna cum ipsis principibus debitam sacris summorum Pontificum, & Conciliorum Constitutionibus obseruantiam prestent. Decernit itaque, & precipit, sacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis ecclesiasticę, & contra eius violatores editas, quę omnia pręsenti etiã decreto innouat, exactè ab omnibus obseruari debere. propterea que admonet Imperatorem, Reges, Respub. Principes, & omnes, & singulos, cuiuscunque status, & digni tatis extiterint, vt quò largius bonis tẽporalibus, atq; in alios potestate sunt ornati, eò sanctius, quæ Ecclesiastici iuris sũt, tamquam Dei præcipua, eiusq;
patro-

patrocinio tecta, venerētur; nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijſue Dominis tē-poralibus, ſeu Magiſtratibus, maximèque miniſtris ipſorum principum lędi patiantur, ſed ſe uerè in eos, qui illius libertatē, immunitatem, atque iuriſdictio nem impediunt animaduertāt; quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatem, religionem, eccleſiarumque protectionem exiſtant, imitantes anteriores optimos, religioſiſsimoſque Principes, qni res eccleſię ſua in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorū iniuria vindicarunt. Adeoque ea in re quiſque officium ſuum ſedulò pręſtet, quo cultus diuinus deuotè exerceri, & prelati, cæterique clerici in reſidentijs, & Officijs ſuis, quieti, & ſine im pedimentis, cum fructu, & ædificatione

Quales olim eſſēt Principes in eccl.

ficatione populi , permanere valeant.

CASVS, QVOS EPISCOPI IN SVIS DIOECESIBVS

consueuerunt sibi reseruare, & pro quibus, & aliis hodiè, iuxta Concilii Tridentini formam, in Ecclesiis Cathedralibus solent pœnitentiarii deputari, ut patet Sess. 24. cap. 8. & capit. 6. hi sunt, pro ut elicitur ex Gloss. capit. Si Episcopus, De pœnit. & remiss. in 6. & ex Synodo hildesheimensi cap. 50. suorum statutorum, & prout tradit Martinus de Frias in tractatu suo cap. 9. & Nauarr. in suo Manuali. Hostien. in sua summa. Guil. Dur. Speculator in suo Repertorio, & D. Anto. 3. par. tit. 17. cap. xi. per totum. & Laurent. Petius in fine suę epitomes.

b 1 Absoluere excommunicatos maiori excommunicatione interdicto, vel suspensione ab homine, vel à iure latis.

b De quibus superius uide as fo. 318 & Conc. Trid. sess. 14. c. 7.

c 2 Blas-

c 2 Blasfemos hęreticales ét. semel vel quoscunque ex proposito & ex consuetudine.

c Hos alicubi Inqsitores reseruât, vt est hodie Papię & alibi.

Nota quod blasfemia hæreticalis reseruata, est, siquis diceret, Deum proditorem, Deum partialem, Deum non curare de hominibus, Deum nescire hæc terrena, Deum non posse hoc, vel illud facere, ad despectum Dei, renego Deum, & huiusmodi alia, etiam peiora, quæ nefas est cogitare, nedũ hic recitare, & talibus blasfematoribus, sæuerissima pœnitentia iniungi solet ab ijs pœnitentiarijs, quibus Reuerẽdiss. Dominus Episcopus facultatem super hoc cõcesserit, absoluendi.

d 3 Perimentes studiose fœtum suum vel alienum.

d Quia ẽ homicidium.

e 4 Et retinẽtes illos in lecto infra XVIII. menses, vel aliud tempus à parocho indictũ etiã si non

e Alicubi sub pęna excõmu. prohibetur.

si non fuerint suffocati.

f 5 Opprimentes infantes ex proposito vel culpa,& seu negligentia in lecto vel extra.

g 6 Homicidas quoscũque.

h 7 Corruptores monialiũ, & illas in domo recipientes.

8 Et quicunq. & quæcunq. cum moniali osculo, vel tactu turpiter luserit.

9 Item neque ipsas moniales sic peccantes.

i 10 Item Moniales egrediẽtes septa monasterij.

K 11 Hæreticos,& de hæresi suspectos, & illis præstantes auxilium, consilium, & fauorem.

l 12 Falsam monetam fabricantes, vel fabricare faciẽtes vel illam expendentes scienter.

m 13 Reordinatos, rebaptizatos,vel recõfirmatos scienter.

n 14 Cõiuges machinantes effectualiter in mortẽ alterius

f Quia ẽ homicidium.
g Quia clamat ĩ cęlum.
h Quia sunt excõicati. Per se patent.
i Quia sunt excomm.
l Quia ẽ crimẽ lęsę M.
m Quia sunt irregulares.
n Quia ẽ homicidium.

coniugis etiã si non fuerit mors sequuta, & participes, ac dantes cõsilium, auxilium & fauorem.

o Quia uiolatur fides uxori.

o 15 Ingredientes religionẽ, vel suscipientes ordinem sacrũ inuita vel ignorante vxore iam cognita.

p Hoc furtũ est intolerabile.

p 16 Mulieres certò scientes se habere filios ex alio, quàm ex marito, quos, credens maritus esse suos, nutrit ex propria substantia, vt suos.

q Est intolerãda fraus.

q 17 Et quoscunq. vel quascunq. supponentes partum alienum, aut dantes consilium auxilium, & fauorem.

r Quia sunt excõicãdi, fornicatro uero in clerico est sacrilegiũ.

r 18 Clericos, vel laicos concubinarios publicos, vel ipsos Clericos si sint in sacris, etiam simplices fornicatores. Itẽ participantes cum excommunicatis in contemptum clauium.

s Quia clamat uindictã.

s 19 Sodomittas, vel cum bestijs coeuntes & item inijcientes

tes manus violentas in parentes, quiq; eorum saluti fuerint insidiati.

t 20 Et recipiẽtes ordines sacros sine licentia Episcopi Placen. vel eius Vicarij, vel p saltũ. — t Quia sunt irregulares.

u 21 Commutationes votorum non paruorum. — u Quia usurpatur potestas.

22 Sacrilegium commissum in coitu cum persona sacra tam actiue, quàm pasiiue. — Per se patet.

x 23 Procurantes sibi, vel alteri abortum, vel sterilitatem cũ effectu. — x Quia ẽ homicidiũ si fętus sit animatus.

y 24 Non alentes filios suos spurios secretò exportatos ad Hospitale. — y Intellige cõtra diuites.

z 25 Vsurarios, simoniacos in quocunque genere, præterquam mentali tantum. — z Sim. in ordin. & benefic. sunt excomm.

b 26 Non ordinatos ad sacerdotiũ scienter celebrãtes missas. — b Quia sunt suspecti.

c 27 Occupãtes beneficia ecclesiastica, vel decimas sine cano- — c Quia

nico titulo, aut bona ecclesiarũ.

d 28 Incendiarios, & exportatores bonorum ecclesiarum, hospitaliũ, vel piorum locorũ.

e 29 Polluẽtes ecclesiam maxime consecratam semine, vel sanguine.

f 30 Violãtes libertatem, vel immunitatem ecclesiasticam.

g 31 Contrahentes matrimonia in sacris ordinibus.

32 Reuelãtes aliqualiter peccatum sibi in confessione detectum, & nominantes personas.

h 33 Sacerdotes, & laicos quoscunq. etiam mulieres, qui aliquid inhonestum, vel scandalosum commiserint circa Eucharistiam, baptismum, altare, Chrisma, aut oleum sanctum.

i 34 Sortilegos inuocãtes dęmones, & diuinatores abutentes Eucharistia, Chrismate, oleo sancto, aut alijs rebus sacris.

k 35 Et

sunt excomm.
d Quia sunt excõicati.
e Quia ẽ sacri. grauiss.
f Quia sunt excõmu. à Papa.
g Quia sunt excõicati.
Per se patet.
h Quia sunt suspecti de hęresi.
i Quia sunt excõicati p Io. 22. & Cõc. Late. sess. 9.

k 35 Et scientes sortilegia, & non propalātes illa Domino Vicario.

K vt talis pestis eradicetur è mū do.

l 36 Committētes incestum in primo vel in secundo gradu cōsang. affinit. vel spiritualitatis

l Quia ī digēt secundi disp.

m 37 Dispensare malè ablata incerta, vel etiam certa cum ignoratur cui sit restitutio facienda.

m Aliàs nullus ferè restitueret.

n 38 Baptizantes proprium vel coniugis filium preterquam in casu necessitatis, vel leuantes de baptismo vel confirmatione in fronte.

n Quia contrahitur aff. spir. & ita imped. Matr.

o 39 Debitores legatorū ad pias causas, seu pro anima, qui cum possunt non curant satisfacere.

o Quia sunt tyrāni defunctorum.

p 40 Periuros in iuditio, vel actu publico.

p Quia excedit ét homicid.

q 41 Sacrilegos, & falsarios, & Item Apostatas.

q Apostatæ sūt ex comm.

r 42 Curatos cōcedentes ce-

r Quia v

surpatur potestas. lebrationem nuptiarum, vel cō-
sumationem Matrimonij, ipsis
tempore ab ecclesia interdicto.

f Quia sunt excōm. per cōc. trid. f 43 Raptores virginum, vel
quarumcunq. mulierū existentium
sub potestate, vel custodia
alterius, etiam si volentes, & cō
sentientes rapiantur, si vero inuite,
& per vim, etiam si sub nullius
potestate, vel custodia erāt,
& stuprū virginis per vim etiā
sine raptu committentes.

t Quia sunt excōm. per cōc. trid. t 44 Ingredientes monasteria
monialium sine licentia superiorum.

u Leges incutiūt penā capitis. u 45 Conficientes libellos famosos,
& illis auxilium, consilium,
& fauorem præstantes.

x Aliàs infinitæ fierēt fraudes in Mundo. x 46 Sponsos, vel sponsas de
futuro, qui se carnaliter post cō
tracta sponsalia cognouerunt,
& hoc non obstante, matrimonium
postea contraxerunt cum
alio vel alia, viuente adhuc priore
spon-

re sponso, vel sponsa, aut qui falso negata copula carnali sponsalia separari obtinuerit.

y 47 Mutantes terminos possessionum ecclesiæ.

z 48 Non obseruantes quadragesimam, comedendo carnes, vel in uigilijs de præcepto, vel in die veneris, aut sabbati sine legitima causa, & sine licentia Vicarij.

b 49 Participantes cũ iudęis in cibo, & potu, aut in lecto, & lactantes pueros iudæorum, & interessentes synagogæ eorundem, aut dantes infantem Christianũ mulieri hæbręæ ad lactandum, & educandum, aut coeuntem cum iudæo, aut iudæa, aut quouis, & quauis, alio, vel alia infideli.

c 50 Carnifices, & hospites vendentes carnes, & alia prohibita in quadragesima sine licentia,

y Quia ẽ sacrilegium max.

z Quia sũt suspecti &c.

b Propter periculũ &c.

c Vt tollãtur abusus & fraudes.

tia, exceptis deputatis pro infirmis.

d Propter honorem gradus ecclesiastici.

d 51 Laruatos in habitu religioso tàm seculari, quàm cuiusuis ordinis regulari etiam in habitu monialium.

e Aliàs infinita mala & scãdala nascerẽtur.

e 52 Falsarius instrumentorum, & librorũ, & quarumcunque literarum auctenticarum, & sigillorum, & illis vtentes.

f quia sunt excomm.

f 53 Sepelientes corpora excommunicatorum, interdictorum, seu vsurariorum in ecclesijs, vel cemeterijs, scienter.

g Quia sunt excõicandi per Cõc. Trid.

g 54 Eligentes vel presentantes Rectores, vel presbyteros in ecclesijs vacãtibus sub falso prętextu iuris patronatus scienter, & ipsos presbyteros talibus electionibus, vel præsentationibus scienter consentientes, vel se ad beneficia intrudentes.

h quia ẽ homicidiũ quãtũ in se sit.

h 55 Veneficos aut dãtes potiones, vt quis moriatur, vel morbo tabes-

bo tabescat, vel mēte alienetur, & insaniat, & quicunque dederint consiliū auxiliū, & fauorē. i Quia sunt suspecti &c.

i 56 Sacerdotes celebrantes cōtra ritum ecclesiæ qūocunq.

k 57 Presbyterum cuius negligentia, vel facto aliquis sine baptismo moritur. K Quia ē homicidiū spirituale.

l 58 Presbyteros temere absoluentes in casibus sibi nō concessis. l Quia pœnitentes nō essēt absoluti.

m 59 Clericos, vel laicos nō reddentes rationem administrationis piorum locorum, vel aliquo modo renitētes satisfacere. m Propter conseruanda bona pauperum.

n 60 Concubinas presbyterorum, vel Clericorum, vel ipsis in cōcubinatu auxilium, & fauorem dantes. n Cōcub. sunt eiiciendę ex oppidis ab episc. per Cōc. Trid.

Et scito quòd ex his casibus ferè omnes declarauit olim Bened. papa xi. esse reseruatos episcopis, vt patet in illius extrau. Inter cunctas. De priuil. eli- Nota

citiuè Proquo vide Sylu.in Ver. casus.§.4. Ac scito oẽ crimẽ sacrilegij, & falsitatis ad epos ptinere ex antiqua consuetudine.

Nota cõfessor.

Contra admirantes.

Et ne mireris Christiane lector hos casus, quasi multos, quia alia peccata sunt innumera, quę quotidiè ingrauẽ offensam Creatoris, & scãdalum proximi, perpetrantur, quę tamen regulariter minimè sunt reseruata episcopis, cuiusmodi sunt.

Infinitę fornicationes, & plurima Adulteria, quãtum ad Laicos, & item innumera peccata mollitiei, & tactuum, & huiusmodi, quoad omnes.

Item nullę vulnerationes, nullę detractiones, & nulla furta, aut latrocinia, pręter sacrilegia, sunt reseruata, quę tamẽ in mundo sunt ferè infinita.

Peccatorum mentis nullum omnino reseruatur, quę tamen

innumera sunt.

Omissiones itē infinitę sunt, quarum tamē nulla reseruatur, nisi casus. 39.

Violationes Festorū sunt grauissima peccata, & tamen eorū nullum reseruatum est.

Concupiscentię conrra pręcepta Dei sunt infinitę, & tamē earum nulla est reseruata.

Et reuera si peccata nō reseruata hic enarrarentur, certè nō essent. 60. sed centies millies Sexaginta.

Pręterea ex septem vitijs capitalibus, & ex earum filiabus pauca reseruata sunt, respectu eorum, quę non sunt reseruata, in quibus tamen quotidie mortalissimè delinquunt homines.

Et demū trāsgressiones votorū, & id genus alia īfinita, nō reseruantur, sed confessorū cōsciētię corrigenda relinquuntur.

QVAE DECLARAVErit Concilium Trid.sess. 14. cap. 7. Super casuum reseruatione.

INITIO capituli primò declarat nullius momēti eā absolutionē eē debere, quā sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.

Secundò declarat, magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere (quod etiā sanctissimis patribus nostris uisum est) vt atrociora quędam, & grauiora crimina, non à quibusuis, sed à summis duntaxat sacerdotibus in sua Diœcesi absoluantur.

Reseruatio casuum habet uim corā Deo

Tertiò declarat hanc delictorum reseruationem consonam esse diuinę authoritati, & nō tantum

tum in externa politia, sed etiã coram Deo vim habere.

Quartò declarat, in articulo mortis nullam esse reseruationem casuum,& quemlibet sacerdotem absoluendi authoritatẽ tunc habere.tenentur tamen postea si superuixerint,se pręsentare, & ea facere, quę iura statuunt,& decernũt, ꝓ vt ẽt de hoc superius dictũ est vide fol. 303.

Quòd autem absolutio data super casibus reseruatis à nõ habentibus authoritatem sit nulla, & nullius roboris,vel momenti, habetur, nedum in pręallegato cap.conc. Trid. sed etiam extra De pœnit. & Remss. cap.omnis vtriusque. & etiam in Concilio Flor.sub Eug.4. ibi De ministro pœnitentię, & in Cathechismo Romano,ibi, De Ministro sacramenti pænitentię, & apud D. Th.í 4. dist.1.q.1.ar.3.sub ar.3.

ad

ad primum.& dist.24.q.3.ar.2. sub arti.3. ad primum; & communiter apud Theologos in.4. sent. & ratio eorũ est, quia confessio non solum est medicina, sed etiam est ad instar actus iudicialis: sententia autem (cuius modi est absolutio à peccatis) à iudice non suo lata, est nulla, iccirco etiam absolutio tradita super peccatis, aut aliàs super reseruatis, à non habentibus iurisdictionem, est nulla, & cassa.

Submonitio.

NEC obstant hodiè aliqua priuilegia Regularium, quibus olim concedebatur facultas absoluēdi à casibus reseruatis episcopis, prȩter quatuor de iure, & quinque de consuetudine (vt est uidere in extrauag. Bened. xi. inter cunctas. De priuil.)

Quia hodiè quo ad hunc effectum

fectum absoluendi, sublata sunt per Conc. Tridē. & per Grego. XIII. & ratio in promptu est, quia, qui potest totum tollere, multò magis partem, ergo multò magis potest impedire, sed episcopi possunt ad eorum beneplacitum hodiè in totum suspendere Regulares ab audientia cõfessionũ (quod quidem, & si possint, non tamen, nisi ex causa, deberent facere quia potestas in edificationem, & non in destructionẽ eis tradita est) & item possunt ad tempus eos habilitare, & item pro mulieribus tantum, aut pro viris tantum, aut, in loco tali, vel tali tantum, igitur etiam pro talibus peccatis absoluendis tantum, & pro alijs reseruatis, poterunt eos habilitare. & si contrarium dicti habilitati fecerint, nullius erit roboris, vel momenti. Pro hoc

Propter ignorãtiam aut scandalũ licitè susp. aut tollitur potestas ad conf.

Vide

Vide Dom.Sot.4.sent. Dist.18. q.4.ar.3.col.7. ibi. Quo ergo.

VERSVS OPTIMI

commendandi memoriæ ab omnibus Sacerdotibus & præcipue confessariis,editi olim à quodam uiro diuinarum literarum eruditissimo ac facundissimo: quos quidem Diuus Tho. crebrò in scriptis suis,& precipue in 4.sent. pro auctoritate adducit, vt refert Ioannes Ludouicus Viualdus de monte Regali Theologus insignis in suo opusculo, aureũ opus,nuncupato.

Ratio metrica nõ seruatur penitus, vt amplior, & clarior doctrina tradatur.

VNVM COLE DEVM

Præceptum primum.

QVI colit extra Deum,aut sanctos,quodcunq; creatum,
Articulos Fidei negans si spemque relinquit,

Voti

Voti transgressor, vel qui mortalia
nouit.
Et tardans nimium, spernens imple-
re promissum.
Fine malo nouens, ac per se vota re
fringens.
Incantans, faciens fieri breuia, & ma
lefactor.
Inueniesque, docens, addiscens, me-
dius extans.
Orans obseruat qui somnia, sortibus
vtens.
Blasphemansque Deum, qui murmu
rat, aut maledicit.
Vel non posse refert, sed despicit at-
que renegat.
Cibans, vt faciat mala. prauus præte
rit iste.
Vnum cole Deum si sic mortaliter
egit.

NEC IVRES VANA PER
ipsum. Præceptum secundum.

QVI cãtans, fabulans, truffans,
vel turpia dicens.
Despiciendo Deum, nominat san-
ctos, sacra spernens.
Iudicio iurans, mendax, inductor ad
illud.

Per-

Periurans, dubium iurans, mortalia iurans.
Iurans cumque tamen nolit seruare promissum.
Perq; crucem, fidem, sanctos, animamque deumque.
Adiurans, dicens mendaciter, atque iocosè.
Et per membra Dei, sanctorum euangeliorum.
Inducens falsum iurantem, quisque scienter
Aduertens, frangit Ne iures vana per ipsum.

SABBATA SANCTIFICES. Præceptum tertium.

QVI non confessus dimittens & sacramentum.
In festis missam sine causa, inductor ad illud.
Qui manuale facit, vēdens & emens non edenda.
b Ieiuniū frangit, qui tertia comedit hora.
Impletum in festo peccatum grauius extat.
Assumens chrisma, sacramentum, vel mulierem.

b videlicet quadra[illegible] na qa hora nona debet comedi ut ait S. Tho. 2. 2.

mulierem.

Si peccator erat mortali fune ligatus
Ecclesiæ vetitoqui contrahit tempore facto.
Chorizans ludens veneri mortaliter agit.
Sabbata sanctifices violat reus, atque superbus.

Id est quando fiunt choreæ ob lasciuiam,

HABEAS IN HONORE parentes Præceptum IIII.

QVI præcepta Dei comtemnit, iussaque legum.
Vel qui noluerit parere parentibus, atque.
Alere, si possit miseros, inopes, & egenos.
Irridensque patrem vel matrem vel maledicens.
Verberat opprobrians, blasfemans, aspere turbans.
Moritur aspernans, Habeas in honore parentes.

NON SIS OCCISOR. Præceptum V.

OCCISOR corde, verbo, factoque suasor.

Incitans,

Iacitans &causans, cupiésque procu rat aborsum.

Verberat,& mandans faciens ve tor neamenta.

Si iudex cæperit ex sacro limite prauum,

Sacrilegus factus, ac lædens, uel mutilator.

Non sis occisor, frangens mortaliter agit.

NON FVRTVM FACIES
Præceptum VI.

SI quis furatur, rapiens quoque participansq;.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, nõ manifestans.

Reddere cuncta debet, si causa prima fuisset.

Excipitur mutus, non obstans nec manifestans.

Reddere neque debet, qui ni sint officiales.

At non in causa primus pro parte tenetur.

Fortunæ lusor, cupiens spoliare sodalem.

Ac fraudans ludum retinẽs inductor ad illum.
Hic dare perdenti censebitur, si non egenti.
Et fraudans iusta pedagia, siue gabellas.
Lædens mensuras, monetas, fur malus extat.

NON MECHABERIS
Præceptum VII.

QVIS quis non nuptus miscebitur, ac polluetur,
Per se mollis erit: si nuptus fiet adulter.
Si sit solutus fornicator fiet, & extra
Abutens quouis, uel quauis fit sodamita.
Inceſtumq; parens facit, cum uirgine ſtuprum.
Cum moniali scelus magnum & sacrilegus extat.
Exigit in sacro qui semine polluit illud.
Et rapiens, raptor, cum brutis, bestia fiet.
Qui clam contraxit, uel sponsam præuenit actu.

Spon-

Spondens contrahere mendax, ut misceat illi.

Et qui cõtraxit maiori fune ligatus.

Quinque modis peccat uxore maritus abutens.

Actibus illicitis semen cum seminat, extra

Vas operans, prolem deuitans, semẽ emittens.

Exercens aliam cupit, arcens firmò petentem.

Inuitans, tangens, inductor medius extans.

Lubrica verba refert, iactans se, mæchus habetur.

NON SIS TESTIS INIQVVS
Præceptum VIII.

QVI mendax fuerit in damnũ proximitatis,

Vel mala qui dicit bona narrans, uel bona, praua.

Accusans, falsò iurans est testis iniquus,

Accusans cæteros ob odia, & ut malá sumat.

Detractor odio, mendaxq;, relator occulti.

Vel

Vel diffamator, dicens hæc, & manifestans.
Cędula si fiat detractrix, cautio lædens.
Atque secreta, ratamq; sigillo, aut litera clausa.
Proditor, & laudans, inducens ad supradicta,
Illa reportari gaudens: est testis iniquus.

NON CONCVPISCES uxorē ꝓximi tui. præceptū IX.

QVI, cupit alterius sponsam, noscatur adulter,
Vel qui desiderat affines, uel moniales,
Incęstum, scelus sacrilegium cum uirgine stuprum.
Et cupiens aliàs fornicator, sitque solutus.
Et cupiens marem sodomita est; bestia, bruta.
Ac quotiēs cupit aut etiam si sit philocaptus,
b qui delectatur cogitando lubrica, vel qui.
Se somno polluit causans, vel postea gaudens.

b quādo scilicet ē delectatio morosa; tunc enim est peccatū mortale, si sit de re mortali.

Ornans

Ornans ut amet, uel amari qui gloriatur.
Absque uiro proprio cui hoc facit, vt sic ametur.
Vel si perpendat ruinam, vel prouocando
Alterius sponsam cupiens moritur lubricando.

NEC REM CVPIES alienam. Præceptum X.

QVI cupit alterius rem in damnum proximitatis,
Si per uim raptor, per occultum fur malus extat.
Si per auaritiam cupiat, dicetur auarus.
In rapiendo malè uel fallere quenq; paratus.
Hic cupiens contra mandata, cætera, frangit
Denum mandatum, nec rem cupies alienam.

FINIS.